illas quandoqz intrēt ⁊ spolient. curia muris aut congruo palanchato cingat̄ ad q̄si domini facultas non sufficit in vno angulo curie fiat riparū ⁊ fouee munitio fortis ⁊ sup ea bitifredū quoddā vl̄ turris i q̄ cum rebus suis paterfamilias se cuz colonis tempe oportuno recipere possit. Premissis itaqz iam dictis considerationibus eligend⁹ est loc⁹ curie in magis idonea p̄te agroꝝ cui⁹ magnitudo talis esse debebit que ꝓporcionabiliter colendaruz terrarum mensure respondeat. et in toto circuitu fossarū latitudine designata tantum infra tumbā q̄ntum erit dimidia fouee latitudo vndiqz notetur ibiqz circū circa tempore congruo videlicet octobris vl̄ nouēbris februarij vel martij. salicum vl̄ populorum aut vlmoꝝ plante q̄nqz pedibus vl̄ minus sibinuicē eque distātes ponantur Deinde foueas p̄sequātur fossores ad iterius tumbe terrā vniuersam ponentes. et terram solidā p vnā distantiā pedis iuxta fossatum vacuā ⁊ discooperiā relinquentes. vbi postmodū alique ex dictis temporibus spinaꝝ plante iacētes ponātur. ⁊ superducta iteꝝ dicta terra cū vangis ⁊ asironibus ꝑm formā riparū disponat̄ et bacul̄ ligneis ad hoc factis fortiter comprimat̄ ⁊ cum circa vnū pedē sursum excreuerit: iterum spinaꝝ plantis appositis sup eas terra iterū cumuletur. sicqz agendū ē donec ad summitatē ripe fuerit puentū. Possūt tamen in dictis ripis acies multe vel pauce spinaꝝ ꝑm dn̄i voluntatē apponi. si vero timeat̄ de ruina ripaꝝ loco spinaꝝ vl̄ inter ip̄as plantas graminis viridis ponantur radices. Sint autē spinaꝝ plāte tales quales sunt plante spinarū iude si haberi possint. Ip̄e eni sunt mirabiles ad pungendū. vel sint spine albe aut prune siluestres aut plante rosaꝝ siluestriū vl̄ domesticaruz albarum. Rub⁹ vero licet satis fortez faciat sepem. tamē omnes alias suffocat plātas cum non magne existunt. ⁊ ideo mihi non multū placet si possint alie ex p̄dictis haberi. Plurimū autē cauendū est ne inter p̄dictas spinaꝝ acies arboꝝ fructiferarū, alique plante ponātur quia desiderio fructuum homines sepes destruūt ⁊ fossata i tantum ꝙ talis curia nunq̄z poterit clausa teneri. Plante similiter infructuose arboris ibidem nate non ꝓcuret̄ augmentū. q̄r eis crescentib⁹ spinarū dilecta custodia ex ip̄arum arboꝝ vmbris ⁊ radicib⁹ impijs aut omnino periret aut magnā lesionē sentirz Preterea in primo ⁊ secūdo anno eedem spinarū plante singulis estatis mensib⁹ ibidem natis mundent̄ ne ab ip̄arū radicib⁹ humore violēter attracto plantule arescere defectu nutrimēti cogant̄. Plante vero salicum populi vl̄ vlmorū quas pri⁹ dixi esse plantādas sine dubio in summitate ripe ꝓuenient que cū circa se terre noue mlt̄itudinē habeant ⁊ p eaꝝ radices trāseant pingues aque curie defluentes ad foueas mirabiliter ꝯualescēt inter quas fieri possunt sepes sicce. vl̄ quod melius est statim cumulata ripa inter eas multitudo spissa plantularū dictarū arboꝝ infigatur. Hec autē cum cōualuerint ⁊ inscisione atqz plicature inspissate fuerint fortē constituēt sepez seu quasi palāgatū quoddā qd̄ longissimo tp̄e ꝑdurabit. Stipites vero dictarū arboꝝ p̄mitus plantataꝝ vltra decem pedes in altum eleuari nō patiaris q̄a vltra modū priuarent curiā que ꝓpter salutē habitantium aerē salubrē requirit solis beneficio ⁊ ventoꝝ. Eo excepto ꝙ super quolibz angulo tumbe arborē vnā in q̄ntuz ascendere poterit ꝑmittas in altū extolli. quoniam he curiā plurimū decorabūt nec prefatam ꝓpter earū ꝑuū numerū inferre poterūt lesionē. Preterea ⁊ due similiter supra portas dimittant̄ augeri ad quaꝝ vmbras quiescant homines tempore magni estus Mis igit̄ diligēter obseruatis sine magnis expensis curia fossatis spinarū sepibus et arborum forti munitione precincta cū laudabili forma ⁊ cōmodo habitantiuz tuta manebit. In cacumine montis circa domos fiant sepes ex plantis malorū granatorum. He enim plante loca aspera nō for

midant.quia hec arbuſtula modico nutri
mento contenta eſt.et ſepem cõſtituit ſpiſ
ſam et fortem ex multa pullulatione radi
cum ipius ⁊ volentibus p eam ingredi pũ
gentibus ſpinis eius viriliter ſe opponit. ⁊
nihilominus fructũ vtilem ⁊ decoꝛ ſingu
lis annis poſſeſſoꝛib⁹ ſuis parat. ¶ Magne
autem arboꝛes in talibus non cõualeſcũt
locis quia plurimo indigent nutrimento
quod ibi ſufficiẽter haberi non poteſt vbi
terra nimiũ eſt ſaxoſa. Verũtamen ī locis
decliuis montiũ vbi eſt letum ſolũ poſſent
p̃dicte plantationes et maxime ſpinarum
et vlmoꝛ ſatis conuenienter fieri. ſed ſalix
et populus in talibus locis niſi ſint iuxta
riuos et ſabulum aut terrã valde ſolutam
habeant non cõualeſcunt ad votũ. ¶ Si vo
locus tante frigiditatis exiſtat q̃ in eo pu
nici arboꝛ viuere non poſſit ex eis clauda
tur arbuſtulis aut ſpinis que in regiõe il
la ſimiliter expientia iudice melius defen
dantur. ¶ De clauſura et munitione curia
rum que ſupra terram ſunt vtiliter dixiſſe
ſufficiat

¶ De nobilibus autẽ et mirabilibus mu
nitionibus et tumbis circa curias ex arbo
ribus artificioſe faciendis ad libꝝ reſerua
mus octauum.

¶ De intrinſeca diſpoſitõe curie

¶ Curia predicta ī
trinſecus diſponatur hoc modo
In medio facies anterioꝛis fiat ī
greſſus in eaꝫ latitudine decẽ pedũ ad mi
nus ⁊ eiuſdẽ latitudinis in oppoſita pte fi
at egreſſus p quem ad areã vineã l'agros
poſteꝛioꝛes eatur. Haꝫ latitudo p̃fata ſuf
ficit ad currus introitũ feno vl'paleis pon
derati. In locis eiſdem pꝛte fiant nobiles
vel ignobiles p̃m beneplacitũ domini duꝫ
tamen ferreis vectibus ⁊ clauibus poſſint
in nocte firmari. Supra eas vero fiat coo
pertura vl'domus vt mũdioꝛ et ſiccioꝛ ſer
uetur introitus.et ne pꝛte pluuijs et roꝛe
tempe breui putreſcant. Duaꝫ dimidia cu
rie que eſt ab vna pte poꝛtarũ p̃ domino
diſponatur hoc modo.videlicꝫ q̃ iuxta vi
am que curiã diuidit dominica fiat dom⁹
que longã faciem iuxta viã teneat ⁊ ad po
ſteꝛius parũ tendat. ⁊ q̃ domus nõ clau
dat ſuppleat ſepis alta ſpinoſa vel murus.
Sit autẽ domus magna vel pua murata
vel non.tegulis coopta vel cannis p̃m do
mini voluntatẽ et facultatẽ In ea pte iuxta
ripas tumbe p̃gularũ ⁊ vuarũ genera no
biliora plantẽtur.que tandẽ octo vel deceꝫ
pedibus eleuate in altum poterũt decoꝛes
facere p̃gularum ſupra ripas adherentes
arboꝛibus antedictis. Deinde quinqꝫ vel
ſex pedibus infra curiam circũ quaqꝫ bu
miles plantentur arbuſtule veluti ficus et
malagranata ſi aeris illius qualitas pati
tur et micole gecule et cytoniorum plante.
Per mediũ vero huius loci plantẽtur ali
que plante piroꝛũ et maloꝛum viginti pe
dibus ad minus diſtantes. que p̃cedente
tempe diuerſis piroꝛũ et maloꝛũ generib⁹
ſingulis eſtatis et autumni menſibus ma
turandoꝛũ cum diligenti induſtria inſerã
tur.barũ enim vitiũ ac arboꝛum fructus
domino ſpecialiter reſeruãdi ꝓpter fores
clauſuras erunt a ruſticoꝛuꝫ voꝛaci im
bitate ſecuri. In eo etiam loco amenuꝫ for
mabitur viridariũ et dominicus oꝛtulus
et apum dilecta ſocietas illeſa ſeruabitur.
et turtures ericij ⁊ lepuſculi p̃m modos q̃ſ
in ſuis locis dicam. In alia vero parte di
midia fiant domus et tuguria iuxta ripas
circũ quaqꝫ. vl'duas pꝛtes aut vnã tantum
occupantia p̃m exigentiaꝫ familie colono
rum et animaliũ nutriendoꝛũ curia rema
nente in medio expedita. Dom⁹ meliores
in vna pte deputẽtur habitationi coloni ⁊
alie animalibus nutriẽdis. Iuxta domos
ruſticoꝛ cliban⁹ et pute⁹ ſi fons deſit ī pte
quemẽtioꝛi fiat p̃m modos et formas con
ſueto modo ſeruatas dũ tamen puteus a
foſſatis curie et a palude letaminis q̃ntuꝫ
poterit elongẽt ne foſſaꝫ aut letamis bu
moꝛ putrid⁹ p occultos igrediat terre me
at⁹. In alio vo curie capite iuxta tuguria

bestiarum palus formet letaminis maturandi a dominica quantuz poterit domo remota. Q, si tāta sit dominorū nobilitas ⁊ potentia q̄ dedignent in eadē curia cum suis habitare colonis poterūt sane ī dicto loco sic disposito facere morari custodem qui Castaldio nominat ⁊ seorsum ī alia p̄te suū facere locum. palatijs ⁊ turribus ac viridarijs decoratū ꝑm q̄ eorū nobilitati ⁊ potentie crediderint ꝯuenire. Doctrinā autē aree et celle vinarie ac colūbaris pullarij stabuloꝝ et tugurioꝝ feni seruādi suis locis tradendā reseruo

De puteis et fontibus faciēdis et qualiter aqua inueniatur et probetur.

Licet puteus optime moret in curia vt p̄dictū est. tamē quādoqz ꝓpter cōmunem pluriū vtilitatē. ⁊ aliquādo ꝓpter cōmoditatem colonoꝝ. et quia plerūqz aqua non inuenitur in curia vel in p̄tibus et locis ꝓpinquis. aut inuenit sed letaminis curie liquore inficitur. In campis extra curias fieri optat. qd̄ cū acciderit ꝓuidendū est hoc modo vbi aqua in sup̄ficie aut non multū ꝓfunda existit. Itaqz de mense augusti septembris aut octobris fodiēdus est puteꝰ quia vbi aqua his nō deerit mensibꝰ nullum defectū alio tp̄e habebit. Igit ꝑm Palladium añ solis ortū his locis quibus aq̄ querenda est equaliter ꝓnus mēto ad solum depresso spectabis orientē. et in q̄ loco subtili nebula crispū aerē surgere videris et velut rorē spargere. scias ī locis siccis ibi aquā latere. Sed terrarū genus cōsiderabis vt possis de tenuitate vl' abundātia iudicare. Creta nāqz tenues nec optimi saporis venas creabit. Sabulū solutas exiles ī suaues limosas et spacio altiore sb̄mersas Nigra terra humores ⁊ stillicidia nō magna ex hybernis imbribꝰ ⁊ liq̄re collecta. sz saporis egregij. Glaree mediocres ⁊ venas incertas sed suauitate p̄cipuas. sabulo masculꝰ arena ⁊ carbunculꝰ certas ⁊ vbertate copiosas. In saxo rubeo bone ⁊ abundantes sunt sed ꝓuidendū est ne inter ruinas inuente refugiāt. Sub radicibꝰ montiū ⁊ in silicibꝰ vberes. frigide et salubres. Locis campestribꝰ salse graues tepide insuaues plerūqz quaꝝ sapor si optimꝰ fuerit noueris eā sub terris exordiū de monte sumpsisse. Sed in medijs campis montanoꝝ fontiū suauitatē sequētur si vmbrātibus tegant arbustis. Sunt et hec signa inuestigāde aque quibꝰ tunc credimꝰ si neqz lacuna est neqz aliquis ibi ex cōsuetudine humor incidit vl' insedet. Juncꝰ tenuis salix siluatica alnꝰ arundo edera ceteraqz que humore multū aquoso gignūtur. Locis ergo vbi p̄dicta reperis signa pedibus tribus latitudine. altitudine pedum q̄nqz fodiatur. et ꝓxime solis occasum vas puꝝ ereum vl' plumbeū interius vnctū ponat immersum solo fossionis ip̄ius. tūc supra fossam crates facta de v̄gis et frondibꝰ addita terra spaciū omne operiat. Sequēti ti die apto loco si in eodē vase sudores īueniantur aut stille aquā ibi esse nō dubites Itē si vas figuli siccū neqz coctū eadē ratōne ponat ac silr operiat. altero die si aquarum vena ꝓxima fuerit vas humore cōcepto soluet. Itē si vellꝰ lane eque positum ⁊ coopertū si tantū colligit hūoris vt alia die sudet aut fundat exp̄ssum copias ibi eē testabitur. Itez lucerna oleo plena ⁊ incēsa si ibi similiter tecta ponat ⁊ secūdo die repiatur extincta superantibꝰ alimentis aquas locus idem habebit. Item si in eo loco focum feceris ⁊ terra vaporata humiduz fumum nebulosumqz ructauerit aquas ibi fore agnoscas. His ergo repertis certa signorum firmante noticia puteum fodies et caput aque requiras. vel si plura sunt in vnum colligas. Tamen sub radicibꝰ montium in septentrionali parte querende sūt aque. quia in his locis magis abundant vtilioresqz nascuntur. Sed in fodiendis puteis est cauendum fossorum periculum. Quoniam terra plerunqz alumen. sulphur ⁊ bitumen educit que sp̄ūz pestis

exalant. ꝛ occupatis ſtatim narib⁹ animaſ torquent niſi q̄s ſibi fuge velocitate ſuccurrat. Prius ergo q̄z deſcendat ad intima i eis locis lucernā ponas acceſam que ſi extincta nō fuerit periculuz nō timebis. Si vero extinguet locus mortifer eſt cauēd⁹. Fodiend⁹ eſt aūt pute⁹ latitudine peduz octo vel ſeptez quaqz verſum vt binos pedes ſtructura concludat. fieri etiā pōt latitudo ſeu ſtrictio ſm q plures aut pauciores ex eo aquā haurire intēdunt ꝛ ſm magnitudinem ꝛ puitatē venarū. Si aqua limoſa ſit ſalis admixtione corrigitur. Sed dū fodit puteus ſi terra non ſtabit vicio generis diſſoluti aut humore laxabit. tabulas obūcies vndiqz directas ꝛ eas trāſuerſis pectibus ſuſtinebis ne fodientes ruina concludat. Poteſt etiā in talib⁹ locis meliuſ ſine foſſoruz piculo fieri. videlicet q fiat exaſſidibus rota duplex et fortis ad putei latitudinem ſupra quā fiat murus altitudine vnius puncti anteqz pute⁹ fodiatur. Deinde ipius foſſor cū inſtrumentis ferreis i medio exiſtens ſub muro fodiat. ꝛ ipſum vſqz ad terre equalitatē deſcēdere faciat et iterū tantundē muret et fodiat ꝛ terrā ꝛ tādem aq̄m extrahat donec pute⁹ ſit pfect⁹. Sed q̄ in alto ſunt putei pforatis vſqz ad infimā ptez terris ad loca inferiora poſſūt vice fontis exire. ſi vallis ſubiecte natura p̄mittat. aquā vero nouā putei ſic pbabis. i ereo vaſe nitido ſparges et ſi maculaz non fecerit pbabil' iudicabil'. Itē decocta eneo vaſculo ſi arenā vel limū non relinquit in fundo vtilis erit. Itē ſi legumina cito valebit excoquere. vel ſi colore perlucido claret a muſco et omni labe polluciōis aliena

De aqueductu

Cum uero ducenda eſt aqua ait palladi⁹. Q. ducatur aut forma ſtructili aut plūbeis fiſtulis aut cānalib⁹ ligneis aut fictilibus tubis. Si pformā ſtructilē ducet ſolidādus eſt cānalis ne primas aqua poſſit elabi cui⁹ magnitudo p aque menſura

faciēda eſt. Si per planū veniet intra cēnenos vel ſexagenos pedes ſenſim declinetur ſtructura ſex pedibus vt vim poſſit habere currendi. Si quis mons interiectus occurrerit aut per latera eius aquā ducemus obliquā aut ad aque caput ſpelūcas librabimus per quas ſtructura perueniat Sed ſi ſe vallis interſerat erectas pilas vt arcus vſqz ad aque iuſta veſtigia cōſtruemus. aut plumbeis fiſtulis clauſam deici patiemur et explicita valle conſurgere Sz qđ eſt ſalubrius et vtilius ficulibus tubis conducuur vt duobus digitis groſſi ex pte vna reddātur acuti vt palmi vnius ſpacio in alterum poſſit intrare quas iuncturas viua calce oleo ſubacta debemus illinire Sed anteqz bis aque curſus admittatur faxilla mixta exiguo liquore decurrat. vt glutinare poſſit ſi qua ſunt vicia tabularum. Ultima ratio eſt plumbis fiſtulis ducere que noxias reddunt aquas. Nam ceruſa plumbo creatur que plurimuz nocet corporibus humanis. Diligentius pterea eſt aquarum receptacula fabricari. vt copiam inops vena procuret.

De cisternis et ciſternulis.

Cum aqua deeſt ciſterna ſm Palladium fiat magnitudine qua delectatur et cui ſufficit cui omniū conduci poſſit aqua tectorum. teſta cei pauimenti ſuperfuſione leuigetur. hoc pauimentū omni cura tenendum eſt ad nitorē. et lardo pingui cocto aſſidue perfricādum ne deducto humore rimis in aliqua parte findatur. et ita poſt diuturnam et ſolicitā ſiccitatē aqūe prebeatur boſpitiū. In ei⁹ medio formet puteus deinde circa eū oīs ꝓcauitas repleat i fundo de groſſis lapidib⁹ fluminū In medio deminutus ꝛ ō ſabulo i ſupmo. vbi aūt deſūt fluminū lapides loco eoꝝ fornacis petre ponāt. In q̄buſdā tñ locis ſit pauimentū de quadā creta q̄ cuz mediocrit eſt infuſa taliter cōpumit ꝛ calcat vbiqz q aquaz i ſe poſitā vel pluentē in ſe recipit ꝛ ꝓhuat

Anguillas sane piscesq; fluuiales in has mitti pasciq; conueniet vt horū natatu aq̄ stans agilitatē currentis imitet. Rimas ⁊ lacunas cisternaꝝ piscinas vel puteos sartiemus hoc modo. Picis liq̄de q̄ntuꝫ volueris ⁊ tantundē sumas anxungie vel sepi tunc in olla vtrūq; miscebis et coq̄s donec spumet. deinde remouebis ab igne. cū autem fuerit refrigerata cōmixtio calcem supadijcies minutatim ⁊ ad vnū corpus illa mixta reuocabis. cunq; velut stigmentum feceris inseres locis corruptis ac manantibus et pressum summa densitate calcabis. In locis preterea in q̄bus aquis fluminū vtimur fiant cisternule cū q̄bus clarificētur et limpide fiant hoc modo. habeatur vrceus terre magnus in loco frigido sub sabulo obrut⁹ supra quē sit vas ligneū vel terreū coctū latitudinē q̄ndam habēs. q̄d ⁊ foramen ꝑuum cū cannula in medio fundi habeat ꝑ vnum digituꝫ in fundo eleuata supra quā ciatum ponat̄ inuersum. Deinde vsq; ad mediū sabulo impleatur in quo postea q̄tiens volueris flumīs aq̄ ponatur q̄ in sabulo distillata ꝑ cannulaꝫ guttatim descendat inferi⁹ in vrceum in q̄ vtenda seruatur. Q; si maiorē cisternulaꝫ habere volueris poteris tam inferi⁹ q̄ꝫ superius receptaculū de marmoribus vl̄ lapidibus et cemento aut testaceo pauimēto facere s̄m formā et magnitudinem tibi gratam.

¶ De materijs domorum

Cum supra de domibus et edificijs mentionē fecerim fabricandis q̄ ex materia murorum ⁊ lignorū fiunt. dicam q̄ ligna competunt edificijs et q̄ bona cementa. et q̄ cōsideratio in fundamentis habenda ē. Fundamenta igit̄ vt Palladius ait stabilia et diu durabilia latiora sint ex vtraq; ꝑte semipedis spacio q̄ꝫ parietis corp⁹ excrescet Si solida et constricta repitur argilla. q̄nta. vel sexta ꝑs altitudinis eius q̄ supra terram futura est fundamētis deputet̄. Q; si terra laxior fuerit maioris altitudinis obruātur donec munda sine ruderū suspitōne occurrat argilla. que si omīno desit q̄rtam mersisse sufficiat. Arena q̄ comp̄bensa manu edit stridores erit vtilis fabricāti Item si panno vel linteo candide vestis inspersa et excussa nihil macule relinq̄t aut sordis egregia est. Sed si fossilis arena nō fuerit de fluminibus aut glarea aut litore colligatur. Marina arena tardius siccat̄. et ideo non continue sed intermissis tēporibus construenda est ne opus corrūpat. cameraꝝ quoq; tectoria salso humore dissoluit. Nam fossiles tectorijs ⁊ cameris ex celeri siccitate vtiles sunt. melioresq; si statim cum effosse fuerint misceātur. Sed si vti necesse sit maris arena erit cōmodum prius lacuna humoris dulcis immergi vt vicium salis aquis dulcib⁹ ⁊ suauibus eluta deponat. Calcē quoq; albo saxo duro l̄ tyburno aut columbino fluuiali coq̄mus In duabus arene ꝑtib⁹ calcis vna miscēda est. In fluuiali quoq; arena si tertiaꝫ ꝑtem teste crete addideris operuꝫ soliditas mira p̄stabitur. Item si calx et arena equali mensura miscētur erit fortissimū cementum exinde cōmixtū Non est preterea murus faciendus tꝑe magni algoris quia cōgelatus dissolueret̄ postmodū aduenientе calore. Tꝑe mensis nouēbris aut decēbris fabricarū materia est cedenda cuꝫ luna decrescit. quia tunc maxime humor corruptibilis et lignū corrumpēs ꝯsumpt⁹ est. ꝑ p̄cedentē autumnū ⁊ lune etatē. ⁊ ꝓpter presens frigus aeris fugit cū calore naturali arboris ad radices ad calidū ventrē terre. Sed arbores q̄ cedent̄ vsq; ad medullam securib⁹ recisas stare aliq̄ꝫ diu patiaris vt ꝑ eas ꝑtes humor si q̄s in venis ꝯtinet̄ excurrat. Vtiles aūt he sūt maxīe abies videlicet. est ei leuis rigida ⁊ in opib⁹ siccis ꝑfecte durabil̄. Salix vl̄ lares s̄m Palladiuꝫ vtilima. ex qua si tabulas suffigas ī fronte atq; extremitate tectorū presidia ꝯ incēdia ꝯtulisti. neq; ei flāmas recipiūt aut carbones creant vt idem ait. Quercꝰ durabilis

si terrenis opibus obruat. Rouer optima tam sub terris q̄z etiā supra terras. Castanea mira soliditate durat in agris ⁊ tectis ⁊ opibus internis. Fagus in sicco vtilis. sz in humore corrumpit. Popul⁹ Albarus Utraqz salix ⁊ Tilia in sculpturis necessarie. Alnus fabricis inutilis. sed necessaria si humidus loc⁹ fundamētis paland⁹ est. Ulmus ⁊ fraxin⁹ si siccent rigescunt ante curuabiles. Cypressus egregia Pin⁹ vel pirus nisi in siccitate nō durat. Cedrus durabilis nisi tangat humore. Quecūqz aūt ex pte meridiana cedunt vtiliores sūt. que vero ex septentrione proceriores. sed facile viciantur.

¶ De officio villici

Villic⁹ disciplina v bona vtat sm Varronē. ferie seruent. alieno manū abstineat. sua diligētissime seruet. litib⁹ familie supsedeat. Si q̄s deliquerit bono modo vindicet. familia mala ne sit. ne algeat. ne esuriat. opa bene exerceat. facili⁹ a malo ꝓhibebit ꝓ beneficio gratiā referat. vt alijs recte facere libeat. Villic⁹ nō sit ambulator. sobri⁹ sit semp. ad cenā ne coeat. familiā exerceat Procuret vt q̄ dominus impauit fiāt. ne plus cēseat sape se q̄z dn̄m. Amicos domini habeat sibi amicos. In iussu dn̄i nemini credat. Qd dn̄s crediderit exigat. Mutuum nemini det. Ne q̄d nesciēte dn̄o emat. Ne quid dn̄m celauisse velit. Opus rusticum omne vt sciat facere curet. et id faciat sepe dū ne lassus sit si fecerit scribat ī mēte familie q̄d sit. et illi animo equiore facient. Si hec faciet min⁹ libebit ambulare. ⁊ valebit recti⁹ ⁊ dormiet licenti⁹. prim⁹ cubitū surgat. postrem⁹ cubatū eat. Pri⁹ villam videat vt clausa sit. et vt quisqz suo loco cubet. ⁊ vt iumenta pabulum habeant Boues maxima diligētia curatos habeat bubulcis obsequiosus ꝑtim sit. quo libentius boues curēt Aratra vomeresqz faciat vt boues habeāt. pecori et bobus diligēter substernat. vngule curent. Scabiē pecori ⁊ iumentis caueat. Id ex fame ⁊ si impluit fieri solet. Opa omia mature ꝯficiat. Mā res rustica sic est si rē vnā sero feceris oīa opa sero facies. Stramenta si desunt. frondē ligneā legat. eā substernat ouibus bobusqz Sterquiliniū magnū habere studeat ⁊ ꝑ autumnū euehat. ⁊ circū oleas oblaqueet ac fimū addat. Frondē populneā vlmeā querceāqz ꝑ tps cedat. eam condat non paridā ꝑ pabulo ouiū Itē fenū aridū de prato recōdat. post imbrē ⁊ autumnalē rapinā. pabulū lupinūqz serat

¶ De officio patrisfamilias qualiter debet agrū emere et villici operam ac rōem inquirere

Catho scribit predium cū compare cogitabis. sic in aīo habeto vt ne cupide emas. ne ve opa tua ꝑdas. nec satis habeas semel circūire. quotiens ibis totiens magis placebit quod bonū erit. vicini quo pacto niteant id animaduertito et vti eo ītroeas. ⁊ circumspicias vti inde exire possis Uti bonum celuz habeat ne calamitosum. Si et solo bono virtute sua valeat. Si poteris sub radice montis. Si et in meridiem spectet in loco frigido. Loco salubri. operariorum copia Si et bonū aquarium. oppidū validum prope sit. In his agris qui nō dominos sepe mutant. Qui in his agris predia vendiderunt quos pigeat vendidisse. Ubi bene edificatū sit Caueto ne alienam disciplinā temere contemnas. a domīo bono colono bonoqz edificatore meli⁹ emetur. Ad villam cū venies videto vasa ⁊ torcularia et dolia si multa sint. vbi non erūt scito pro ratione fructuū esse instrumenta multa vel pauca sint. videto sumptuosusqz ager ne sit. Paterfamilias cum ad villam venit. fundū ea die si potest circueat l' die sequenti vt agnoscat quomodo fund⁹ cultus sit. Operaqz facta infectaqz sint. Postea villicuz vocet ac interroget quid operis factum sit, et quid restat. satis ne

tempore opera sunt confecta. possitq; que reliqua sint conficere. Et quid factuz vini frumẽti alioꝝq; omniũ. Ubi ea cognouit rationẽ inire oportet operarũ dierum si ei opus non appareat. Dicit villicus se dolo caruisse. se non valuisse. tẽpestates malas fuisse. ꝑuos affugisse. Ubi eas alias ve causas multas dixerit. ad rationẽ opeꝝ operarumq; villicũ reuoca Cum tempestates ⁊ pluuie fuerint. que opera per hyemẽ fieri et per imbrẽ potuerunt. dolia lauari. piari villam purgari. frumentũ transferri. stercus foras efferri. sterquiliniuz fieri. semen purgari. funes sartiri. nouos fieri cẽtones Cuculiones familiã potuisse sibi sartire. ꝑ ferias potuisse fossas veteres tergi. viã publicam muniri. vepres recidi. ortum fodi. pratũ purgari. virgas vinciri. spinas trũcari. Cum serui egrotauerint cibaria tãta dari non oportuisse. Que opera reliq̃ sint curare vt ꝑficiãtur. si quid desit in annum vt paretur. que supersint vt veneant. q̃ opꝰ sint locari vt locẽtur. et que opa fieri. et q̃ locari vt imperet ⁊ ea scripta relinquat. pecus omne consideret. oleũ vinũ frumentũ et quidq̃d supersit vendat. boues. vitulos armenta. oues. lanam. pelles. plaustrũ vetus. seruũ senem ⁊ morbosum vẽdat. Patrem enĩ familias vendacẽ nõ emacẽ oportet esse. Itez que ꝑtinent ad sationẽ suo q̃z tempore promẽda. id est. manifestãda sũt. Que vendenda videndũ. Ea enĩ que ꝑuari non possunt anteq̃z se cõmutẽt celeriter promat et vẽdat Que seruari possunt. tũc vendat cum charitas est. Sepe enĩ diutiꝰ seruata non modo vsurã adijciunt. sed etiam fructũ duplicant si expectato congruo tempore promat.

¶ Incipit liber secũdus de natura plantaꝝ et de rebꝰ cõmunibus cultui cuiuslibet generis agroꝝ

Cum in superiori libro de his q̃ necessaria sunt saluti habitãtium rura q̃daz vtilia scripserim. Cõsequẽter d̃ ipsoꝝ opationibꝰ ĩ villis agẽdis dicendũ est Veꝝ qꝛ ruris exercitia variant ꝑm varietatem plantaꝝ locoꝝ ⁊ tẽpoꝝ. quorũ diuersitas sine noticia nature plãtaꝝ ꝑtiũ ipsarũ ⁊ coꝝ q̃ plãtis necessaria sunt ꝑfecte cognosci nõ potest. de his in h̃ secũdo libro agenduz est. Et qꝛ quedã sunt cõmunia cultui cuiuslibet generis agroꝝ. De his etiã ĩ eodem libro dicet̃. Dicã itaq; in primis d̃ his q̃ omni plãte ꝯueniũt ꝑm generatõis principia.

¶ De his que omni plante conueniunt ꝑm generatõis principia

In plantarum generatiõe sunt ꝑm frẽm Albertuz septẽ. sine q̃bus oĩno nulla nascit̃ planta. Calor videlicet celestis circuli. qui est primũ et viuificũ principium plantaꝝ. Secundũ autẽ est conueniẽs calor loci. qꝛ si in loco sit virtus frigoris mortificatiua. non suscipiet virtutẽ caloris celestis circuli. Similiter aũt si locus vehemẽter sit adustus. erit heremus arenaꝝ. et eius q̃d vocatur mortuũ sabulum eo q̃ non est talis locꝰ susceptiuꝰ celestis v̄tutis plãtas viuificantis. Tertiũ autẽ est calor q̃ materie seminali q̃cũq; illa sit inheret. qꝛ sine illo aut nõ esset receptiua caloris viuifici. aut recepti caloris viuifici ñ essz retẽtiua. ⁊ nunq̃z formaret̃ ex ipo plãtaꝝ aliq̃. sz euanesceret ꝑ euaporatõz Probãt aũt h̃ opa rustificatõis. q̃niã ĩ q̃busdã plãtis cũ ꝑmũ formẽt̃ ⁊ sũt tenelle. vmbracula oportz fieri vt calore solis nõ euanescãt sicut q̃ñ ex seminibꝰ pullulant cypressi vel ficus. Tria autẽ sunt ministrantia substantialẽ materiã. quorũ

primū est humor naturalis inherēs ei qđ formatur ī plante speciē. que primū spirā-do pullulat sursum ⁊ erumpit ad terre superficiē. qui cū pullulat euacuat ab inferiori materiā humoris. totā substātiā humoris formans in instrumēta plantule et inferius in radicē. Destituta aūt virtus caloris subiecto attrahit humorē locis. et iste est secūdus humor ministrās ꝯcepte plāte nutrimentū. sicut ministrat matrix sanguinem menstruū in cōceptione ⁊ formatione animaliū. Tertius est humor pluuiarum ⁊ roris ⁊ niuiū de sup̄ venientium. qui se habēt ad plantas sicut humidū nutrimentale ex cibis sumptū in animalibus ⁊ ideo humidū hoc desiderat̄ a plātis iam formatis ⁊ ad speciē deductis. sicut cibus desiderat̄ ab anima natis animalib⁹. Septimum aūt quod exigit̄ est aer cōueniēs extrinsecus. ille enī conseruat si bonus est aut corrūpit si malus est plantas. Et ideo venti vrētes ⁊ pruine mortificātes ledūt et destruūt plantas. ab aere autē temperato ꝓportionabiliter ꝯualescūt ⁊ fructificant. Amplius aūt arbor in genere suo est calida et humida. ⁊ calor quidē aperit meatū ⁊ impellit humidū. humidū aūt abundās sufficiēter ministrat materiā. ⁊ ideo statim exurget in stipitē. et auget illū et roborat. ⁊ emittit in eo ramos multos ⁊ ī ramis plurimas virgas.

¶ De diuersitate generationis plātarum.

Considerandum est autē principaliter de diuersitate generationis. Ex diuersitate enī generatiōis plantaꝝ fere sciet̄ tota natura eaꝝ. Et đ hac quidē diuersitate ab antiquis fere amplius nihil inuenit̄. q̄z qđ dixit Aristotiles ꝙ arboꝝ scz et plantarū q̄dam generant̄ plantate. quedā ex semine. et quedā per seipsas. ex ipsoꝝ elementoruz cōmixtione ⁊ virtute celesti. que tali cōmixtioni vitā influit vegetabilē. Varro autē refert ꝙ est quedā generatio plantaruz occulta. que fit ex semine in aere existente. vt Anaxagoras scripsit. vel ex semine ī agruz inducto ab aqua fluente. vt Theofrastus affirmat. sufficere tamen puto id quod dicit Albertus. nam vtrūq3 dictū satis comprehendit. ⁊ precipue dictū Theofrasti. Et ea que plantatur aut a radice nata euellit̄. aut a stipite aut a ramis aut a semine nata transfertur de loco ad locū. sed hoc proprie non plantatio sed transplātatio dicit̄ Et iste que sic transplantant̄. quedā totaliter ⁊ integre trāsplantant̄. et quedaz ꝓpter duriciē sue substantie ⁊ corticis aliquantulum cōtundūtur ⁊ scindunt̄ inferius vbi īfigunt̄ terre vt facilius ⁊ citius trahant nutrimentū. Adhuc autē earū que s̄m ꝑtem aliquā plātantur quedā plantant̄ in terra sicut fit de vite salice ⁊ buxo frequentius. q̄dam plātantur in aliā arborē. et hec plantatio vocatur insitio. Qđ autē in generatione plante valde nobis occurrit est ꝙ plātarum quedā ex semine habent generationem que nō producūt semen simile illi semini ex quo habent generationē. quedam faciunt semē melius et quedaz peius. Aliquando enī quibusdā malis seminib⁹ bone arbores ꝑueniūt. vt ab amigdalis amaris et acerbis aliquādo fiunt dulcia et aliquando contra. Et similiter a malisgranatis siue punicis acidis aliquando fiūt dulcia et aliquando ecōuerso. Quarundam autē plantarū semen cū debile fuerit. aut ex loco aut ex aere temporis incōueniētis deficit. Et illarū generatio in tali loco non est ex semine sed ex aliqua alia plantatiōe. siue ramoꝝ siue radicis. ⁊ hoc p̄cipue est ī pineis ⁊ ī palmis ⁊ ficub⁹ ⁊ malisgranatis Et silr̄ in oī abietū natura. nulla eī illaꝝ semen facit tāte efficacie ꝙ pullulare faciat nisi raro. Nā ex semīe palma q̄nq3 pullulat ⁊ cyp̄ssus. ⁊ maxīe palma si plura semīa simul ꝯiungāt̄. Ex vno eī simplici semine pullulat raro Sz cyp̄ssus ⁊ fic⁹ pullulāt ex vno g̃no semīato ad modū herbe primū ⁊ ꝯualescūt paulatī. n̄ āt đ facili fit ꝙ ex semīe malo ꝓueiat bona plāta. nec ecōuerso. licz

hoc aliquando fiat. Sed in animali ꝑ cō
tingit multotiens, ꝓpter diuersitatē enim
habitationū aeris et ventoꝝ et nutrimēn.
cum animal sit facilis alterationis frequē/
ter fit q̄ semen male complexionati ani/
malis alterat̄ et fit melius. et bene cōplexio
nati alterat̄ z fit peius. et animal generatū
fit ꝑm seminis ex quo generat̄ dispositiōez
vel peius vel melioꝝ. Cuiꝰ signū est q̄ omia
domestica animalia videmꝰ valde diffe/
rentia in quantitate et colore. qđ non acci
dit eis nisi ꝓpter sui nutrimēti multam di/
uersitatē z diuersa fomenta stabuloꝝ et
aliorꝝ locorū in q̄bus cōuersant. ¶Propter
qđ etiā carnes eoꝝ in sapore diuersificant
a carnibus animaliū siluestriū. talis ei di/
uersitas in plantis nō est aut tanta nō est.
aut q̄ radicibus terre affixe sunt. z neq; lo
ca mutant neq; nutrimēta.

¶De substantia et origine et gene/
ratione plantarum

¶Deus ī quo or
litur planta est sicut matrix ī ani
malib⁹. z succus siue humor ī ta
li loco ꝑparatus et attractus est sicut san/
guis menstruꝰ in matricibus animalium
Vis aūt celestis in eis est sicut virtus indi
stincta z nō determinata ad speciē. que q̄n
tum ad plante naturā sufficiēter determi
natur z distinguit̄ ꝑ qualitates elemento
rum et modū cōmixtionis eoꝝ in materia
seminis plante. ¶Opera autē plante ꝑm q̄
planta est sunt tria .s. vti alimēto z augere
z generare. Vtunt̄ alimēto siue trahūt ip
sum tantū purū conueniēs et simile sibi. et
hoc totū conuertibile est in substantiā mē
broꝝ. ideo non habēt ventres z venas sed
tantū poros. z terra est eis ꝑ ventre. in qua
dimittunt vtrāq; impuritatē siccaz videli
cet z humidā. Et hec est causa q̄ infigūt ra
dices ori suo similes in terraz. ex qua sicut
ex stomacho sugūt nutrimentū. z dirigūt
radices deorsum maiores plāte omēs ad
locū calidū terre. vbi terre calor melius cō
miscet et digerit nutrimentuz. Et si alique
plante magne in superficie spargūt radices.
z non in pfundū dirigunt. cito arescūt. q̄a
nutrimentū qđ est in superficie terre euane
scit ab eis in fumū ꝑ caloꝝ solis. z non co
gitur spirare in radicibus eaꝝ ꝑ loci conti
nentiam. Augere aūt ipsaꝝ plantaꝝ dicūt
quidā esse in infinitū. asserentes plantam
augeri q̄diu radicibus terre adheret. qui
bus nō est consentiendū. q̄a certū est oim
natura cōstantiū esse quantitatē determi
natā inter duos terminos. maximi in suo
genere z minimi. habēt enī sicut egregie di
cit Aristo. omnia rōem et augmēti et ma
gnitudinis. Licet enī ex nutrimēto ali formē
tur et augeant̄ humido plante. tamē pars
cui faciēda est additio in tantū induratur
ꝓcessu tpis vt extendi non possit. z tunc cō
stat augmentū in longū. et tandē ex eadez
causa stabit etiā ad alios duos diametros
qui sunt in latū z pfundū. De operatione
autē generatōnis plantaꝝ hic solū dicit̄ q̄
sugendo ꝑ poros habēt nutrimentū. et de
eo qđ extrinsecus in gemmis a spū egredi
ente eleuat̄ formāt omne qđ gignūt

¶De diuisione plante per suas
partes integrales.

¶Onsequenter au
tem de ptibus vegetabilib⁹ plan
tarū determinandus est. z de his
que accidunt eis ex natura et non ex cultu
De fructibus enī z cultu dicetur posteri⁹
Oportet igit̄ scire q̄ sicut in animalibus.
ita in plantis. quoddā est qđ est potēcia q̄
libet pars plante. et vocat̄ succus. et quod
dam ē qđ est ꝑs plāte actu. sicut radix sti/
pes et ramus z hmōi. Est autē succus hu
moꝝ ꝑ poros radicis attractꝰ ad nutrien
dam totā plantā. qui per ꝑtes plante a vir
tute nutritiua distribuit̄. necesse est igit̄ q̄
ad plante similitudinē caloꝝ digestiuo sit
terminat⁹. non enī nutrit nisi simile qđ ex
contrariacētibus passionib⁹ ꝑ digestionē
ad similitudinē eius mēbri vl ꝑtis q̄ nutri
tur alteratū est. Ex his autē necessario re/
linquitur q̄ humoꝝ cibalis plante magis

sit insipidus in radice ⁊ ꝑm q magis ⁊ magis a radice pcedit. sic plus ⁊ plꝰ accipit sapozem plāte cōuenientē. Sicut autē accipit sapozē ita etiā accipit inspissationem. subtiliationē ⁊ acumen. Ex actiōne enī caloris in ipsum. necesse est oīa hec inuenire circa ipsum nisi p accidēs impediat vt infra docebitur. ⁊ in q̄busdā quidē plātis calore exalāte plurimū humidū remanet terrestre viscosum lucidū ꝓpter multaz dyapbani naturā in ipo. ⁊ est odozferū ꝓpter actionē caloris in ipso. eo quidē q cōuenienter digestū ē aromaticū ē. qđ autē corruptum est fetidū est. ⁊ hoc humidū quando calore aperiente parū stillat frigiditate aeris exiccat ⁊ vocatur gummi. Aliqñ etiaz distillat p vulnꝰ factum ferro in planta. et tunc etiā gūmi vocatur. sed non est tāte vtutis vt ꝓdictū. Partes aūt que actu sunt ptes plāte diuidūtur in duo genera. q̄daz enim sunt sicut mēbra officialia in animalibꝰ. quedā aūt sicut similia. Modi enim ⁊ iuncture ⁊ vie p modū venaz extēse et radices sunt sicut membra officialia et nutrimenti officio deseruiētia. Sed lignū in babentibus lignū et caro berbalis in nō babentibus lignū est sicut membrū simile in animalibꝰ. Cortex autē sicut pellis in animalibus. Et ad hunc modū est de ceteris ptibus plāte. Sed nodꝰ ille qui vocat malleolus est factꝰ a natura vt in ipo stet succus ⁊ ampliozē accipiat digestionē. cuiꝰ signum est q si in ramo siluestris arboris fiat insitio vltra medium ita q medulla sit abscisa ⁊ postea ligata consolidet. tempabitur malicia fructuuz ⁊ meliozabit sapozem. Causa aūt est q ibidē retentū pozū inueniens nutrimentū ascendēs ptruncuz stat ⁊ diutiꝰ digestū in meliozes digeritur ⁊ transformat fructꝰ. huiusmodi autē nodos habent ꝑcipue in plantis ea que rare sunt substātie ⁊ babēt magnas medullas. aut in toto sunt cōcaua ⁊ cum boc sūt valde longa. sicut est vuis ⁊ viticella ⁊ cucurbita ⁊ arundo. ⁊ genera frugum vt triticū et siligo ⁊ ordeuz ⁊ auena ⁊ alia hmōi. Radices tamen planta habet ozi similes q̄ntum ad tractum nutrimenti. babēt tamen quantū ad aliū modū similitudinē ꝰ effectum cordis radices plantaz. quoniaz cor nutrimento attracto primū infundit calorem viuificū p quē ad membra moueri incipit. ⁊ boc facit radix in plātis. quoniā ex radice datur eis calor et forma vite potentialis p quā ad omnes ptes plāte naturali motu mouetur. Sunt plāte voraces dicte ⁊ abstinētes ꝓpter radicū suaz dispositiones contrarias. Raras enī et pozosas ⁊ calidas babētes radices multū trabūt de nutrimento plꝰ autē q̄z cōuerti possit ⁊ terminari a natura arboris. Et tūc arbor generabit fructus vermiculosos ⁊ putrescētes si non exudet. vel aliter emittat superfluum humidū. In iuuentute autē plantarū boc maxime accidit ꝓpter caliditatez iuuētutis earum. Aliquādo aūt curātur ex ꝑ q ꝓfozātur iuxta radicē. Ibi enim exit superfluum humidū sicut p fleubotomiaz. Si autē plante calide ⁊ rare radicis sint in terra sicca in qua pluit raro ⁊ in qua cadit cū impetu multa pluuia sicut in terra climatis secūdi ⁊ tertij et forte quarti p aliq̄ sui parte trabit radix plāte multis vicibus interpolatis ex abundātia pluuie multū nutrimentū qđ anteq̄z alia pluuia supueniat trabitur ad ptes superiores ⁊ cōpleta digestione ꝓficitur. et ideo tales in talibꝰ locis sepius forte florent ⁊ fructus emittūt. ⁊ hec est causa quare in terra maurozū sepe florent arbores in vno anno. fit autē ⁊ boc in nostris climatibꝰ licet non producāt plāte nostre nisi paucos flozes q̄n post estatē humidā sequitur autumnꝰ valde caliduꝰ et siccus. Sunt autē quedā plāte humide aquatice molles. ⁊ ille quocunq̄z modo infigant terre de facili radices emittūt ⁊ conualescunt. boc aūt faciunt etiā quedaz due ꝓpter similitudinē ligni radicis ⁊ corporis plante sicut buxus cuiꝰ ramꝰ in terraz infixus de facili conualescit. In quibꝰ aūt boc non fit causa est q destituuntur lignum nutrimento anteq̄z ex se formare possit ra

dices eo q̄ aut porosum non est aut nō ha
bet calorem sufficiēter trahentē ⁊ ideo are=
scit anteq̄z ex se emittere possit radices. et
ideo quecunq̄z calide sunt ramis infixis ī
terram conualescūt sicut buxus et sauina.
et multe alie. Et iterum quecunq̄z molles
sunt tactu ab humore terre nutriūtur et ī=
plentur ⁊ cōualescunt sic̄ salix ⁊ tilia. Que
cunq̄z autē neutrā habēt dispositionē har̄
frequenter arescunt quādo rami earū ter
re infigūtur. Uena aūt in planta ꝓprie lo=
quendo non est. sed neq̄z ꝑm multū mani=
festam similitudinē habēt. sed vie nutrimē
ti dicūtur vene eius que aliquando sūt di
recte ascendētes. et tunc crescit planta qua
si per quasdā tunicas herbales vl' ligneas
quarū vna supponit̄ alteri que aliquando
sunt tortuose et tūc efficitur planta nodo=
sa. Aliquādo autē diffundūtur reticulatī
in plantam ⁊ per vias directas nutrimen
tum trahitur ⁊ per trāsuersales retinetur
et reprimit̄ in ꝑtes plante ipsum nutrimē=
tum. Ueniunt etiā vie iste aliquando a ra
dice ascendentes. Aliquando autez ex me
dulla ad exteriora plante sicut linee multe
producte ab eodē centro. Talis igit̄ est di=
spositio venarū in planta. Medulle autē
plantarū vident̄ esse sicut nucha in anima
libus ⁊ per medullā in arboribus decurrit
et pulsat plus de spiritu plante q̄z ꝑ aliquā
aliarū viar̄ ⁊ in ea est vigor spirital' plante
quia aliter partes distātes a radice non be
ne viuificarent̄ ad formā speciei plante Et
ideo plante habent ortum et principiuz ra
morum qui oriunt̄ a corporib⁹ plantaruz
a medulla quasi a vicario radicis. Et quā=
do ligna scindūtur ꝑ ariditatē ꝓfundatur
frequenter scissura cōtinue vsq̄z ad medul
lam et vltra non inuenit̄ ꝓfundari scissura
nisi raro. Plante aūt que nutriūtur ex me
dulla ꝑ poros transuersales habēt medul
las maiores. Et que nutriunt̄ ꝑ poros di=
recte ascendētes habent medullas mīores
Et quandoq̄z nō vident̄ medullas habere
quando magne efficiunt̄ ꝓpt̄ hoc q̄ lignee
tunice artate ꝑ alias circūuestientes com=
primunt ⁊ quasi insensibilē faciūt viaz me
dullarum. Et ꝓbabile est q̄ hec sit vna cau
sa corruptionis magnar̄ plantar̄ interius
suffocatō videlicet spiritus vitalis in me=
dulla inclusi ꝑ hoc q̄ constringit̄ ꝑ circun
stans induratū et constrictū lignū Ip̄a au
tem substantia medulle videt̄ eē sicut pur=
gamentū quoddā colericū qd̄ ꝓijcit̄ de au
ribus animaliū. et hoc fit ꝓpter calorez spi
ritus ⁊ motuz qui pulsat in medulla. Cu=
ius signū est q̄ fere omnes medulle plāta=
rum ꝑfectarū inueniūtur a principio iuuē
tutis plante eor̄ albe et humide et in ꝓces=
su etatis declinant ad citrinitatē et siccita
tem. Sunt aūt plante quedā fere totā sub
stantiam habētes medullosam sic̄ sambu
cus ebulus ⁊ hmōi. et omnes ille nodos ha
bent multos ⁊ nutriūtur ex medulla. et iō
est multa in eis. et in hoc genere est vitis sz
minus est medullosa q̄z sambuc⁹ ⁊ ebul⁹.
Alias autē experimur plantas in toto cō=
cauas sicut fistulas quasdā et calamos. et
hoc fit ideo quia ille multo indigēt spiritu
fumoso libero qui eleuat̄ in concauo plā=
tarum illarū ex nutrimento qui ascendit ꝑ
directos poros laterū plante sicut arundo
et calamor̄ genus et hmōi. hec igit̄ ē dispo
sitio medullar̄. Cortices in plantis sunt si
cut coria in animalib⁹ nisi q̄ adeo non co=
herent plantis quēadmodū coria in aīma
libus. Et sicut in animalibus ꝑs corij excor
ticata ⁊ abscisa nō recrescit sine magna ani
malis cicatrice. sed scissa ꝑ longū et latum
pellis cito consolidatur. ita est in corticib⁹
plantarum ꝓpter quod exiccantur plante
frequenter quando in stipitibus in circūi
tu cortex ab eis abraditur vsq̄z ad carnem
plante ligneam vel herbalem. Non ē aūt
cortex ex contextōne venarum sicut coriuz
animalis. sed substātia corticis generat̄ ex
terrestri plāte expulso ad suꝑsiciē ipsi⁹ Est
autē cortex duor̄ modorū interior scz ⁊ ex
terior. Interior mollior. exterior durior et
asperior.

¶ De diuersitate materialium et

simplicium partium plante et de causa augmenti eius

¶ Sicut aũt in aĩmalibus inter reticulationes venaꝝ ꝛ neruoꝝ sunt supplemẽta ptium simpliciũ que sunt carnes vel ea que sunt loco carniũ in non habẽtibus carnes. Ita sunt in plãtis lignee ptes vt herbales que simplices sunt ꝛ materiales quibus auctꝰ auget planta. ꝛ quibꝰ deficcatis ꝛ diminutis planta videt exiccari ꝛ diminui. ꝛ talia dicunt ppie ptes simplices in plãtis ꝛ materiales eo q̃ ille influũt p nutrimentũ ꝛ efluunt p exiccationẽ plantaꝝ sicut materialia supplemẽta in animalibꝰ. ¶ Hoc aũtẽ q̃dam cõmuni ꝛ vsitata anatomia cognoscatur in vrtica maiore ꝛ canapo ꝛ lino. ꝛ ĩ multis alijs que vias venales habẽt mltũ fortes ꝛ viscosas ꝛ directas. ꝛ quando aq̃ computruit ĩ eis caro materialis ꝛ postea exiccaꝝ ꝛ cõminuiť ꝛ confricaꝝ et recedit et remanent vene illaꝝ plantaꝝ ad modum lane longe candide ꝛ molles ppter viscositatem substãtiale quod est in eis ꝛ fiũt ex eis panni. ꝛ hic est modus quẽ habebãt antiq̃ phisiologi in corpibus hominũ et aliorũ animaliũ quos ligabãt cõtra ictum aque vehementis. ꝛ tũc ablata carne naturali ꝛ molliori remanet reticulatũ ex neruis ꝛ venis ꝛ demonstrabiť modus diuisionis earum in corporibꝰ animaliũ. ¶ Sicut aũt est in vrtica canapo ꝛ lino ita etiã sine dubio est in alijs plantis licet materiale nõ possit ita ab officialibus partibus separi in eis. ¶ Dare aũt non simplex in planta dicit esse. que ex pluribus simplicibꝰ sit cõpositа sicut radix ꝛ ramus ꝛ hmõi. ¶ Planta dicit a platone esse figure bois in uersi. ¶ Radices enim habet subtus ori similes. sed dilatãtur vndiq; vt nutrimentũ accipiãt. ꝛ ideo dilatatur planta inferiꝰ. supius vero dilatať propter ramoꝝ infusionẽ. qui multiplicanť ex duabus causis quaꝝ vna est materialis scz nutrimenti abundãtia. ¶ Altera aũt efficiẽs que est calor solis vndiq; exterius rangẽs arborem ꝛ ebullire facit̃s succũ ꝛ euocans ad exterius. ꝛ ideo erumpit in ramoꝝ multitudinem in supioribꝰ vbi magis ꝓstringitur ꝛ p digestionẽ amplius subtiliať. Et huiꝰ signum est q̃ plante que circumsepte sunt multis alijs plantis. sicut arbores in nemoribꝰ spissis ꝛ vmbrosis crescũt ĩ altuꝝ ꝛ non multiplicanť in eis rami nec multũ ingrossanť earũ stipites. Et carentia q̃dꝫ ramoꝝ est ex eo q̃ p calorẽ solis nõ potest in eis euocari ꝛ ebulire succus ad superficiẽ sed potius frigus vmbre concludit calorẽ interius qui intꝰ multiplicatus ex fuga cõtrarij eleuat totũ nutrimentũ in altũ. ꝛ cuꝝ motus frigoris sit ad centrũ quotiens motus caloris a centro expellit nutrimentuꝝ ad circũferentiã vt impingueť et dilatetur stipes. totiẽs reflectiť a frigore loci vmbre si in se nutrimentũ. ꝛ impedit stipitis fieri ingrossationem

¶ De generatione et natura foliorum florũ et fructus.

¶ Dico itaq; q̃ folij in omnibꝰ plantis materia est humor aquosus non bñ digestꝰ a terrestri sicco. non bene a fece terreitatis purgatus aliquantulũ passus ꝛ cõmixtus. Finalis aũtẽ intẽtio foliorꝫ est ad fructuũ cooperimentũ eo q̃ natura purgatione ĩdigeat a superfluitate humidi aquosi. ꝛ cuꝝ sit sagax ꝛ ingeniosa eodẽ purgamẽto vtitur ad fructuũ defensionẽ. ¶ Materia aũtẽ tam foliorꝫ q̃ fructuũ est. quoniã duo fiũt vapor el in genere tam in ventre plante q̃ in alijs vaporãtibus omnibꝰ. vapor scilicet humidus ꝛ aquosus ꝛ vapor siccus ꝛ ventosus. ¶ Vapor humidus est materia folij. vapor aũt siccus ventosus est materia fructus propter qđ etiã fructus ꝑm genus suũ ventosi esse videntur ꝛ iudicanť. Licet autẽ folium p vmbrã tempatã restringat solis arsurã. tamen quia fructꝰ multa idiget vi solis producitur folium aliquantuluꝝ distans vt non obstet digestioni que fit p solem. Florũ autẽ substãtia generaliter est

facta ex humido subtiliori quod calore pri
mo ebullit ⁊ ꝓpter abundantiā que est ī ip
so dilatat̄ ad modū folij. Ideo tamen quia
humidū habz magis digestū flos fere vni
uersaliter est odoris boni. quod nullo mo
do esset nisi humidū optime digestū ⁊ sub
tile haberet. sicut et terrestre qd̄ in ipso est
subtilissimū est et valde cōmixtū cū humi
do. Cū enī ex vapore terrestri ventoso crea
tio fit fructuū est in ipo vapore subtili⁹ ali
quid et humidius et minoris terrestritatis
quod non de facili constat ⁊ inspissat̄ cali
do digestiuo. ⁊ hoc tamen fit magis vapo
rabile q̄z residuū eiusdē qd̄ est in substātia
plante ī loco gēme in quo erūpit fruct⁹. p̄
mo calore statim erumpit et format̄ in flo
rem ꝓpter qd̄ adheret flori ros qui mel ꝓ
ducit et cerā. et hoc inuenimus in interiori
bus florū in ꝓfundo. qr tamen natura for
mat subtile humidū qd̄ passum est a subti
li ⁊ bene cōmixto sicco. fluit ex ipso subtile
et bene decoctū quoddā humidū aqueuz
quādoqz ꝑ modū dulcis flegmatis in cre
atione humoꝝ in animalib⁹. Cōstat ergo
ꝙ florū substātia fit ex subtili aqueo cōmi
xto cuz subtili terreo qd̄ subtilitate sua po
tius formabile est in figurā floꝝ q̄z ingros
siciem fructuū. Et ideo primo calore veris
flores ꝓrumpunt ꝓpter subtilitatē substā
tie sue materialis ⁊ facilius ledunt̄ a frigo
re q̄z folia vel fructus ꝓpter eandē causaz.
Et sunt multū redolētes ꝓpter subtile hūi
dum q̄d a sicco cōueniēter passum est. qd̄
quasi spūaliter ita resoluit̄ in ipsoꝝ substā
tia. Et humidū folioꝝ magis grosse aque
indigeste est. Et humidū fructuū in prin
cipio sui magis est stipticū et terrestre indi
gens mlta digestione. ꝓpter quod vltimo
complet̄ post folia ⁊ flores. Ampli⁹ cū fru
ctus cadunt ⁊ germināt non trahunt aug
mentū vel nutrimentū a carne illa sz a ter
ra. Cui⁹ signū est ꝙ cuz auferat̄ tota aqua
circumposita meli⁹ germinant semina q̄z
quādo eis remanet. Preterea nutrimētū
fructuū putrescit facile eo ꝙ natura nō ex
cogitauit illud nisi vt putrescat cōpleto se
mine ⁊ cadens in loco seminis fimet ⁊ in
fundat lutū in quo semen facili⁹ conuale
scat. Cui⁹ signū est opus rusticoꝝ. Cū enīz
vites feraces volūt facere fimāt eas ex pā
pinis et acinis que colligunt ex ipsa eadez
vinea cui⁹ vites feraces esse intendūt. hec
etiā considerātur in opibus nature. si eī ca
ro fructus ad fecunditatē seminis nō con
fert cuz natura nunq̄z deficiat necessarijs
ꝓculdubio separet semina ꝑ scissurā ⁊ ap
turam a carne fructuū cadentiū. et huius
contrariū videm⁹ in nature ope. oportz eī
ꝙ fimatio terre que fit ꝑ putridā carnem
fruct⁹ ad fecunditatē seminis eiusdē ope
retur. Contingit aūt frequentius deperire
fructū q̄z florē ex aliqua triū causarū. Ali
quando enī magne sunt plāte ⁊ humiduz
ponunt ad nutrimentū ex quo formādus
erat fructus sed subtile qd̄ transit in florez
non est ita incorporabile plāte. ⁊ tūc perit
fructus ⁊ non flos. Aliqñ autē non ita ci
to potest moueri grossum ⁊ vinci sicut sub
tile humidū et tūc secūdo tertio forte vl̄ q̄r
to anno fructificāt licet omni anno floreāt
Aliqñ aūt nō potest tantū attrahere pro
pter duriciē suaꝝ radicū. et tūc forte non at
trahunt sufficiēs nutrimentū fructib⁹ nisi
per duos annos vl̄ tres. Et qñ congrega
tum fuerit in plāta sufficiēs nutrimentuz
tunc fructificāt et nō in alijs annis. In ole
is igit̄ pinguib⁹ tale est indiciū sic̄ diximꝰ.
sed olee sepe priuant̄ fructu eo ꝙ ad fructū
eius mult⁹ humor pinguis exigit̄ ⁊ mult⁹
calor digerēs. et iō ex dictis causis frequen
ter impedit̄

¶ De vnitiōe et diuisione plātaꝝ.

Est aūt unus mo
dus vnitionis qui fit ꝑ insitionē
in qua planta vnit̄ plāte sicut sti
pes radici et sicut ram⁹ stipiti. et cōtinuat̄
cum ipa ita ꝙ ꝑ omnia efficiunt̄ eiusdem li
gni et eiusdē nutrimēti cum tamē non sint
eiusdē speciei aut forte eiusdez generis qñ
fit insitio Et plāta que inseritur in tantum
trahit nutrimentuz ab ea cui inserta est ꝙ

humor domestica ꝛ spissus ꝛ viscosus ꝛ ad flegmaticitatē accedēs ꝓpter eius abundantiam ꝛ letamis administrati cōmixtionez. Tenue aūt ꝛ subtile facile dispergit a calore ꝛ diuidit i plura ꝛ ideo numero sūt plurimi fructꝰ arboꝝ siluestriū ꝛ nō vermiculati sed integri in arboꝝ diu ꝑseuerātes quoniaz subtile ꝛ tenue nō facile putrescit. nec de facili claudit poꝝ sue vegetatiōis ꝑ quē fugit ex arbore. ꝑcipue cū in eodez humido sicut in ꝓpꝛio subiecto sit calor acutꝰ Abundans aūt ꝛ spissum ꝛ viscosum hūidum ꝑ maguas ptes fluit in vnum ꝛ non est facilis digestionis eo q̄ calidū eius est bebes ꝛ ideo fiunt ex eo magni quidez sed non tot numero fructꝰ sicut ex tenui subtili ꝛ acuti caloris existēte. ꝛ cito bebes eiꝰ calor ꝓmittit claudi eius poꝝ ꝑ quē fugit ex arbore ita q̄ multi talū fructuum cadunt ante tps maturationis ꝛ de facili attrahūt vermes. Qđ autē emendat succū ꝛ digerit in domesticis nodi ꝑcipue sunt insitionū qui tenēt in torturis suis ꝛ trāsuersalibus poꝝ humidū donec ad suauē maturetur saporē. ꝛ talis quidē est trāsmutatio eaꝝ ꝑ insitionē domesticaꝝ arboꝝ. Ille aūt plante que sunt de genere granoꝝ ꝛ oleꝝ ex solo cultu ꝛ cibo domesticant̄ in hoc q̄ substātie eaꝝ molliores ꝛ maiores efficiuntur. et sui sapores ꝛ humores minus efficiuntur acuti ꝓpter causam quaz supra diximus. Subtilitas ei corticis que est in domesticis ꝛ planicies absq; dubio ex bonitate et abundantia ꝓuenit nutrimenti

De locis inutilibus et vtilibꝰ generationi plantarum

Planta i sua generatione indiget duobꝰ Quoꝝ vnū est materia ex qua fit ꝛ alterū est locꝰ sue generatiōis q̄ admodū ꝛ pater. Et materiā quidē impedit loci salsugo. eo q̄ exiccat humorē ꝛ humidum radicale plātaꝝ. Cuiꝰ signū est q̄ terre salse cōmixte vel sale seminate sterilez efficiunt. Loca autem ꝓpetuis niuibꝰ coopta oīno nō cōpetunt generatiōi plātaꝝ q̄ exprimēto cōperimus niuē a tpamento esse remotissimam ꝓpter frigꝰ glaciale qđ est mortificatiuum Oportet aūt scire q̄ si aliq̄s locꝰ in se tpaꝰ in hyeme frequēter sit niue cooptus ille ex niue tribꝰ ex causis fecūditatē capit Quarum vna est q̄ vis terre euaporās reflectitur sepius ad terrā ꝓpter niuis coopimentum. Alia aūt quia niue repressa caliditas ad terrā illā spiritās ꝓueniēs generatiōi prebet nutrimentū humidū qđ paulatim ꝛ ꝑ vices distillās supioribꝰ ptibus terre vigorem natiuitati plātaꝝ ꝓtinue infūdit. Tertia causa est q̄ nix frigiditate sua locuz circumstāte vigorē principioꝝ generantium plantā cōtinet ne euaporet. et continet terre superficiē ne emittat intꝰ in visceribus terre vapores generatos q̄ congregati ad superficiē ingrediunt radices plantaꝝ et ꝑstant eis nutrimentū ꝛ fecunditatē ꝛ fomētationē et generationē materie que ingreditur plantaꝝ cōmixtionē. Sicut autē diximus q̄ locꝰ ꝓpetuus in frigore ꝓpter niuositatē non cōuenit generationi plantarum ita ꝛ eodē modo in locis salsuginosis ꝛ siccis nō apparet multū generatio plantaꝝ ꝓpter remotionē locoꝝ a tempamento. hec enī loca multā salsuginē habēta multe sūt siccitatis ꝛ ꝑ consequēs etiā multe frigiditatis eo q̄ calor complexionalis nō ꝓualescit et retinet nisi in humido tempato. et si alius calor aliquando sit in talibꝰ locis ē adurens. et talis calor non remanet ꝫ euolat adustus frigidus et mortificans ea q̄ forte nasci debuissent. Et signum huius terre est q̄ minoratur et contrabitur ex siccitate et frigiditate. quia elongatur a calido ꝛ humido; que eleuant et faciunt crescere loca ꝛ exaltari. ꝓpter quod terra dulcis que abundat in calido dissoluente et in humido vaporante frequentius eleuatur in colles et montes. et terra salsuginis multe deprimitur et inferioratur. In locis autem caldis per conuenientiam materie plantarum et loci apte et bene nate ꝓueniunt

In talibus enī locis dulcis est aqua subtilis ⁊ bene digesta eo ꝙ a calore loci talis ex fundo attrahit terre. et bene digerit a calore loci terminante ⁊ etiā bene cōmiscet. A calore enim multo nō adurente prouenit humidi decoctio. Calor enī in talibus locis abundat ex duab⁹ causis. quarū vna ē calor loci retinēs calorē. Secūda est calor sol' qui ex aliqua reuerberatione multiplicat super locū illum. Et loci quidē calor est sic instrumētalis. Calor autē solis est sicut terminans ⁊ formalis ⁊ quasi viuificās. et iō continue format humidū in plantis Aer etiā immixtus est humido locorum taliuz ⁊ ille iuuat ad hoc vt humidū sursum spirando educat in plante figurā. Montes autē eo ꝙ sunt subtus cōcaui et vaporosi. attrahunt a suis cōcauitatibus humorez. et adiuuat ad hoc caliditas multa que est radioꝝ solis ⁊ stellarū. ⁊ multa ad ꝯuexuz montis reuerberatio. et ideo festinat ī his humidi decoctio p̄cipue in latere cōuerso circa calidum solis hoc est circa meridiez. ꝓpter quod plāte multe et bene decocte ꝓueniunt in montib⁹ et precipue niuiū. humidum enī attractū ad montis superficiē ex figura deuexitatis continue defluit. ⁊ iō superius vinū remanēs optime decoquit quia meli⁹ vincitur a calore quādo nō est superfluū. nec omnino siccat quia ꝯtinue extrahitur ex cōcauo montis et fouet pluuijs et rorib⁹. et hec est causa ꝙ in alto deuexo montis crescunt vina odorifera ⁊ plāte aromatice ⁊ sunt sicciores aliquantulū. Ad pedes autē eorundē montiū sunt plāte et vina magis humida ⁊ minus digesta ⁊ plante spissiores ⁊ grossiores. ꝓpter multum humidū a cōuexo montiū ꝯtinue ad talia loca defluens. Quedā tamē loca siue plana siue montuosa ꝑpetue sunt sterilitatis. ⁊ hec vocant heremi. ⁊ hec sunt arenosa et salsa. et hec sunt vincentē in se habētia salsedinē ⁊ siccitatē. Et inter arenulas locorum taliū sunt raritates eo ꝙ ꝑtes arenaꝝ sūt cōtigue et nō ꝯtinue sibi cōposite. Plāta aūt nō potest generari ex vapore continuo q̄ diffundit ex circuitu loci ex mltis ꝑtibus loci cōtinuis a vtute solis euaporantis. In talib⁹ igit locis aut nō generat omnino plāta aut rara ⁊ debilis essentie sicut est saxifraga ⁊ quedā alia g̃mina ꝑua. partibus enī loci nō coherētib⁹ ꝓpter adustionez. impossibile ē ꝑtes vaporis solide essentie ⁊ coherētis esse. ꝓpter qd̄ etiam expirat inter arenas ꝑ diuersas ꝑtes ⁊ nō format ī plantā. Amplius aūt lutū nobile qd̄ ingenuū est ⁊ liberꝝ a grossa terrestritate ꝓpter vnctuositatē suā cito ꝓducit plantam vnctuosam esibilē. Plāta autē q̄ sup solidos nascit lapides ꝓpter carentiā humoris vix longo cōtingit ⁊ crescit tēpe. Plāta enī remanens et crescēs indiget terra et aqua et aere. et raro hec habet plāta que ī lapidis soliditate est erumpēs. Est et alia plāte ꝯsideratio ex loco plāte ꝓueniēs. quoniaz si fuerit in loco qui est ꝓpe solē hoc est ad directum solis respectū versus orientē ⁊ meridiem citius nascit ⁊ crescit eo ꝙ calor sol' directi⁹ ⁊ diutius manēs sup eaz. cōuenientius ⁊ forti⁹ mouet humidū ei⁹. ⁊ qñ fuerit ad aquilonē et occidentē ita ꝙ sol cito declinat ab ea tardabit generatō ei⁹ ⁊ nutrimētum diminuet. Fit autē ꝫ dupliciter naturaliter scz ⁊ ꝑ accidens qñ locus aliquis ex montibus vel alijs causis ꝓprietatez accipit orientis vel occidētis. Similiter aūt si in loco plante sit aqua frigida grossa in se concludens aerē siue vaporez aereū q̄ sua frigiditate ⁊ spissitudine ascēdere siue euaporare non permittit. ille non ꝑmittit plantas nutriri ad magnū incrementuz. Eodē autē modo impedit siccitas retenta in aliquo loco incrementū plantaruz ꝓpter defectum humidi nutrimenti. tunc enim calor naturalis diffunditur ad extrema loci. et agit in illa cōburendo et obstruendo poros viarum sicut obstruuntur in terrestri adusto. ⁊ tūc aqua nutriens etiam si adessz non haberet meatus ꝑ quos in plante nutrimentum euaporaret. et remanet planta destituta nutrimēto ⁊ ideo nō crescens in magnā quantitatē

¶ De terra et de cognitione fecũditatis et sterilitatis ei⁹.

Terra est unum ex elemẽtis generatoꝝ cui⁹ natural' loc⁹ est ĩ medio toti⁹ in q̃ naturaliter manet q̃eta ⁊ ad ip̃m cuꝫ ab eo sepata fuerit naturaliter mouet̃. Est aũt frigida ⁊ sicca naturaliter. sꝫ accidẽtaliter reb⁹ extrinsecis ĩmutat̃. Ei⁹ v̄o esse in generatis iuuamentũ p̃stat ad retentionẽ faciendã ⁊ fixionem ⁊ ad faciẽdas figuras ⁊ formas. In terris v̄o s̄m Palladiũ fecũditas querenda est ne alba ⁊ nuda gleba sit. ne macer sabulo sine admixtione terreni ne creta sola. ne arene squallẽtes ne ieiuna glarea ne arenosi pulueris lapidosa macies ne salsa vl' amara ne vliginosa terra ne tot⁹ arenosus atqꝫ ieiun⁹ ne vallis nimis opaca ⁊ squalida. Sꝫ sit gleba putris ⁊ fere nigra ⁊ ad tegendũ se graminis sui crate sufficiẽs. aut mixti coloris q̃ ⁊ si rara sit tñ pinguis ⁊ cretosi soli adiunctiõe glutinet̃. q̃ ꝓtulerit nec scabra sint nec retorta nec succi naturalis egẽtia. Ueꝝ quoniam alia terra dãdis frumẽtis ꝯuenit ⁊ alia magis vinetis amica est. Sciendũ est q̃ frumẽtis dãdis vtilis ẽ que naturaliter ⁊ sua spõte ꝓducit ebuluꝫ iuncũ gramẽ pingue trifoliũ calamum rubos pingues pruna siluestria lappas farsana cicutã maluã. ⁊ ceteras hmõi herbas q̃ latitudine ⁊ pinguedine foliorꝝ letũ soluꝫ ⁊ fecundũ demonstrãt Color tñ terre nõ magno ope desideret̃ sꝫ pinguedo atqꝫ dulcedo. Pinguẽ sic agnoscis terrã glebã parũ dulci aq̃ ꝯspargis ⁊ subigis. si glutinosa est ⁊ adheret ꝯstat illi esse pinguedinẽ. Itẽ scrobe effossa ⁊ repleta si supauerit t̃ra pinguis si defuerit exilis. si ꝯuenerit eq̃ta mediocris Dulcedo autẽ cognoscit̃ si ex ea pte agri q̃ magis displicet si eiusdẽ eq̃litatis tot⁹ ager videt̃ glebã fictili vase madefactã dulci aq̃ iudicio saporis explores. Uineis q̃ꝫ vtilez ꝑ hec signa cognosces. si corpis aliq̃tenus rari atqꝫ resoluti ẽ. virgulta q̃ ꝓtulit nitida lenia viridia ꝓcera fecũda sunt vt pirus siluestris prun⁹ rubi ceteraqꝫ hmõi neqꝫ intorta neqꝫ debilia neqꝫ macra exilitate languẽtia. Et hec ĩ cõmuni breuib⁹ ĩ medium absoluta q̃litercũqꝫ sufficiant de terra congrua vineis qꝛ pleni⁹ dicã de ip̃a ĩ libro vineaꝝ. sꝫ cũ sunt genera terraꝝ plurima pinguis aut macra spissa vel rara sicca vl' humida lapidosa vel nõ lapidosa montuosa vel plana ⁊ ex his pleraqꝫ viciosa. tñ ꝓpter seminũ ⁊ plantaꝝ differẽtiã sepe necessaria maxime tñ ⁊ absolute eligend⁹ est pinguis ⁊ resolut⁹ ager vbicũqꝫ situs. qꝛ h̄ minimũ petit laborẽ ⁊ fructũ maximũ reddit Secũdi meriti est spissus ⁊ pinguis. qꝛ licet laborem maximũ petat tñ ad vota respõdet. Illud v̄o deterrimũ gen⁹ est qd̄ erit siccuꝫ simul ⁊ spissum macrũ ⁊ frigidũ q̃ ager more pestiferi fugiend⁹ ẽ Ueꝝ cũ agri sint varijs vtilitatib⁹ deputati Uarro recitat Cathonẽ in nouẽ genera diuisisse ac graduuꝫ vtilitatẽ scripsisse. ait eni meliorẽ agrum eẽ illum vbi vineta possunt esse bono vino ac multo. Secũdo vbi ort⁹ irrigu⁹. tertio vbi saliceta. q̃rto vbi oliueta. q̃nto vbi pratũ. sexto vbi camp⁹ frumẽtari⁹. septimo vbi cedrine silue. octauo vbi arbusta. nono vbi glãdaria silua. Sꝫ aliq̃ dãt primatũ bonis pratis. qꝛ modicas aut nullas requirũt expensas. contra in vineis eo q̃ fructuꝫ sepe sumptu deuorant

¶ De situ qui cõuenit agris ratõe fecunditatis eoꝝ

Sit⁹ terraruꝫ s̄m palladiũ ñ sit adeo plan⁹ vt stagnet nec p̃ruptus vt defluat nec obrut⁹ vt ĩ imũ deiecta valle subsideat nec ardu⁹ vt tẽpestates ĩmodice sentiat ⁊ calores Sꝫ ex his oĩb⁹ vtil' sp̃ ⁊ adeq̃ta mediocritas req̃rat̃. videlicet vt cãp⁹ aptior sit ⁊ humorẽ plurimũ cliuo vallãte subducẽs. vel collis molliter ꝑ latera inclinata deductus vel vallis cũ quadã moderatõe ⁊ aeris claritate submissa. vel mons alteri⁹ cacumĩs defensus obiectu ⁊ a molestioribus ventis aliquo liber auxilio. vel sublimis asper

sed nemorosus ⁊ herbid⁹. Preterea positio agri q̄ eligend⁹ est. ea si sit in frigidis ꝓuintijs orienti vl̄ meridiano lateri ager debet esse oppositꝰ ne alicui⁹ magni montis obiectu his duab⁹ ꝑtibus exclusus algore rigeat. In calidis vero ꝓuintijs ꝑs potius septētrionalis optāda est que vtilitati voluptati ⁊ saluti equa bonitate respondeat. Itē ait Uarro ꝙ quattuor extra fundū ꝯsideranda sunt q̄b⁹ fund⁹ vtilior vel minus vtilis reddit̄. Primū est si regio ꝓxima est infesta q̄z uis fertilis sit fund⁹. inutilis tñ ē ꝓpter latrocinia. Secundū si in regiōe ꝓpinqua sunt boīes q̄ emant q̄ in fundo sūt venalia vel nō care vendāt que fundo sūt oportuna. fructuosior enī fund⁹ est. Tertium si nimis lōginq̄ ē vt ex ea difficile necessaria portent̄ ad funduz min⁹ fructuosior censet̄. Quartū eundē fundū fructuosiorē faciūt vecture si vie sunt q̄b⁹ plaustra vl̄ naues portare ac exportare necessaria possint Refert etiā ad fundi fruct⁹ quēadmoduz vicin⁹ in cōfinio cōsitū agrū habeat. si enī ad limina quercetū habeat nō possis recte ꝑm eā siluā serere oleā qd̄ vsqz eo est cōtrariū natura vt arbores nō solū min⁹ ferant sz etiā fugiāt vt introrsum in fundū se reclinent. ⁊ in cōfinio vitē ⁊ fundū faciāt sterilē

¶ De munitionib⁹ vineaꝝ ortorū et agrorum.

Vinearuz ortorū ⁊ agroꝝ munitiōes mltis modis fiūt. Quidā enī fossatis cingūt. q̄dam sepib⁹ ex palis et viminib⁹ factis. quidam spinaꝝ aut aliaꝝ arboꝝ plātis. Et fossarū quidē munitiōes plurimuz defendūt ab ingressu hominū ⁊ animaliū rapaciuz ⁊ ab iniuria vicinarū aquaruz ad loca defensa fluentiū ⁊ maxime si ripas habēt velut sufficiētes aggeres eleuatos. Multuz etiā conferūt agris ⁊ vineis nimiū humidis ⁊ aquosis vt ab eis fluat suꝑfluus humor aquosus segetes necans ⁊ in lolium ⁊ auenā conuertēs. et completā digestionez humoris vuas nutriētis impediēs. Et hec quidē fossata magna vel ꝑua faciēda sūt ꝑm ꝙ magis ⁊ minus aquosa sunt loca. et ꝑm ꝙ magis ⁊ minus hominū ⁊ animaliū intrare volentiū timent noxam. Fiunt aūt optime toto estatis tempe si aqua subterranea vel in fossatis reparandis collecta ñ impediat in quibus locis facienda sunt de mense augusti septembris ⁊ octobris. quibus mensib⁹ aqua fossarū ⁊ suꝑficiei terre maxime cōsumpta est. Qualiter autē noua fiunt fossata notū est quia ab vtraqz ꝑte latitudinis filum seu funis extenditur et signatur. deinde cū vangis in creta ⁊ acironibus in sabulo fodiūtur et cum badilib⁹ extra remanens cōtrita terra proijcitur. et ripe cū zappis seu vangis vel acironib⁹ poliūtur. Uetera vero fossata reparant̄ hoc modo. primo quidē omnia fossorem impedientia cū ronchonib⁹ extirpent̄. Deinde cum ligonib⁹ fundus radat̄. ⁊ terra cū herbis rasa ꝓijciatur ad viā. Deinde cuz ligonibus adequent̄ ⁊ forment̄ ripe ꝑm ꝙ stare debebūt ⁊ postea libere fossatū quantū placuerit fodiat̄. Notandū est tamen ꝙ ī terra cretosa nō debent fieri ripe nimis sed parū pendētes. qꝛ post gelidā hyemē adueniente veris calore dissoluerent̄ ⁊ ruerēt. sz in lapidosa vel soluta terra nō facile ruūt ripe. Munitiones sepiū que de palis ⁊ viminibus fiunt ꝑcipue locū habent vbi materie ipsarū habetur copia. ⁊ vbi multitudo arborum spinaꝝ plantationē ⁊ conualescentiam impediret. Que quidez qualiter fiant notuz est ꝙ affixis palis acutis semipede distantib⁹ texunt̄ vimine ⁊ spinis desuper muniunt̄ ⁊ cū paucioribus palis ⁊ viminib⁹. debiliores tamen fiunt si affixis palis duobus vel tribus pedibus inuicem remotis tres vel quattuor pertice distantes equaliter extrāsuerso ligantur. deinde sursum rectis viminibus positis contexuntur. Munitiones autem que de spinarum plantis et arborum fiunt: hoc modo faciēde sunt. videlicet ꝙ fiat in loco munitionis sulcus vno pede concauus. et tātundem latus. In quo plante aliunde

radicate vno palmo aut duob⁹ distantes ponant. ⁊ terra q̄ inde remota fuerat optime trita opiant radices. deinde fodiat fossatum si fieri debet ibidē ⁊ terra sup̄dictas plātulas eleuet ⁊ cū tota sursuz eleuata fuerit in summitate si placuerit ali⁹ fiat sulcus ⁊ similis plātatio fiet. Poterūt etiā multe plātationes fieri ad fortiorē munitionez si placuerit ꝑm modū in primo libro traditū cū de tumbis ⁊ curijs loquerer. Notandū tamen est ꝙ multū necessaria est clausura ex spinis tantū faciēde sunt plātatōes Ubi vero nō tanta est necessitas ⁊ lignoꝝ habetur penuria ꝓpter ignē possunt commode fieri plātationes ⁊ p̄cipue supior ex plātis vlmoꝝ ⁊ prunoꝝ sycomoꝝ ⁊ similiū. q̄ oēs plantatiōes tertio anno cū ꝯualuerint affractent ⁊ plicent vbi fortes fiant ⁊ spisse et vbi p̄dite fuerint repent. Deinde cuz spisse creuerint intricate disponant ⁊ ligent vbi opus fuerit ⁊ nō iuxta terrā sz vno pede supra eam. Incidant ip̄e octobris ⁊ nouēbris ⁊ meli⁹ februarij ⁊ martij vsqz quo incipiāt turgescere gēme. hoc eni modo loca semp clausa erūt. ⁊ seps inspissabit pullulans in summo stipituz in medio ⁊ radice. Ex his tñ que in supiori acie sunt plātate poterūt alique quibusdā pedibus distātes sine incisione relinq̄ vt fructū ferāt. aut ꝑ igne seruent vel edificijs deputent. Et plāte q̄dem spinarū in acie inferiori ponēde sunt. inde spinaꝝ aut arboꝝ aut prunoꝝ vel rosaruz siluestriū ⁊ similiū spinas acutas habētiū. Que vo in suprema ponēde sunt arbores sicut prune domestice que spinis suis defendunt ⁊ spissa eaꝝ pullulatiōe claudunt. igni tertio vel quarto anno seruiūt ⁊ plurimū fructū ferūt. vel sint plāte vlmoꝝ vl' salicum vl' populoꝝ vel micoloꝝ ⁊ citonioꝝ aut malagranatoꝝ in calido aere vel temperato ⁊ similiū arboꝝ ⁊ p̄cipue facile pullulantiū a radice. Notanduz est tñ ꝙ si terra sit adeo frigida et dura ꝙ in ea plantule difficile cōprehendāt plātule solūmodo citoniorum cū radicib⁹ vel sine ponat ibidē que nō refugiūt talē terrā. Q, si ē camp⁹ vlmus est vtilior omnib⁹ alijs plātis q̄ et sepem sustinet ⁊ accolit vuas ⁊ frondē iocundissimā ministrat ouib⁹ ⁊ bob⁹ ac virgas p̄bet sepibus ac foco ac furno. ⁊ est in multis opib⁹ oportunus Si vo plātule desunt in p̄tibus illis aut aliūde portētur radicibus coop̄tis ⁊ optime p̄paratis vt a calore defendātur. et vento ⁊ maturitatis fructuum tempe colligātur et sole siccentur semina. et in seminario mense ianuarij vel februarij sata aut plantata nutriant vt seq̄nti vel tertio anno ipsoꝝ copia facile habeatur. Palladius tamen p̄cipit matura colligi semina rubi ⁊ spine que rub⁹ caminus vocatur ⁊ cū farina herebi ex aqua macerata misceri funes. deinde sparceos veteres mixtioni sic induci vt inter funes semīa recepta seruētur vsqz ad verni temp̄is initia tunc vbi sepis futura est duo sulci trib⁹ pedibus a se sep̄atis sesquipedes altitudine fiant et per vtrosqz cum seminib⁹ obruant funes in leni terra. In tricesima die procedūt sentes quos teneros amminicul' op⁹ est adiuuare q̄ inter se per spacia relicta vacua iungentur

De fluminum defensionib⁹

Flumina suo īpetu sepe ripas possessionū fodiunt ⁊ in eis operant ruinas. Et q̄nqz sui cremēto ⁊ depressione vicinoꝝ locoꝝ inundāt ⁊ operiūt terraꝝ sup̄ficiē. Et vbi sua rabie ruinas operant rupes modicū superi⁹ penaculi fortes fiāt ꝑm impetū amnis aut ibidē mergant ciste cuz magnis cornibus ligneis ad modū cratis ab vtroqz capite factis ⁊ viminib⁹ ꝯtexte ⁊ lapidib⁹ plene que bergulli dicunt. Ubi vo aquaꝝ abundātia sup̄ficiē operit ⁊ segetes necat fiāt aggeres fortes ⁊ magni tales ꝙ eoꝝ potentia aquaꝝ iniurie cōtradicat. Q, si in aliq̄ loco debilitat agger anteq̄m deficiat alius cōueniens post ipsum fiat et debilitat⁹ in quibusdā incidat locis vt curr⁹ ⁊ bestie ac boīes nouū aggerē percurrere ⁊ ꝯculcare cogantur

¶ Liber ¶ Tertius

¶ Incipit liber tertius De cāpestri b⁹ agris colēdis et de natura et vti litate fructuū qui ex ipsis nascun tur.

Campestrium agroꝝ cultus i libro secū do generaliter tradit⁹ est Nunc autē in hoc tertio libro dicā singulariť de cultu ⁊ vtilitate cuiuslibet seminis ⁊ fructus qui seminať in eis et ex eis ꝑcipitur ꝟm ordinē alphabeti. Et pri mo quidē dicam de area ⁊ de horreis que vnicuiqꝫ seminū communia vtilia ⁊ neces saria sunt

¶ De area

Area longe a uil la esse nō debet ꝓpter deportandi facilitatē ⁊ vt fraus non timeatur dñi vel ꝓcuratoris vicinitate suspecta Sit aūt vt Palladi⁹ ait vel strata silice vl' saxo montis excisa. vel sub ipo triture tꝑe vngu lis pecorū ⁊ aqua admixtione solidata. sit circa hāc locus altus plan⁹ ⁊ purus i quē frumenta transfusa refrigerenť et horreis inferanť. que res in eoꝝ durabilitate ꝓfici et. Fiat deinde ꝓximū tectum vel habeanť sextaria ⁊ similia vt tꝑe imbris subito mun da et semitrita transferanť vel operiantur. Sit aūt loco sublimi ⁊ ꝑflabili vndecunqꝫ longe tamē ab ortis ⁊ vineis atqꝫ pomeri is. Nam sicut radicib⁹ virgultoꝝ prosunt letamē ⁊ palee. ita insidētes frōdib⁹ ꝑforāt ⁊ corrumpunt

¶ De horreis.

Situs horreoruꝫ superior ⁊ longe ab omni olere ⁊ letamine ⁊ stabulis ponend⁹ est frigidus ventosus ⁊ sicc⁹. Sed factis gra narijs vt Palladius ait amurca luto mi xta parietes liniunť cui aridi oleastri folia vel oliue ꝑ paleis adijciunť. que vt siccata fuerint frumēta cōdenť. hec res gurgulio nibus ac murib⁹ ⁊ ceteris noxijs aīalibus inimica est. Aliqui coriandri folia frumen tis miscent ad seruandū ꝓfutura. hec Pal ladius. Nihil tamē cōmodius erit diu cu stodiēdis frumētis q̄ꝫ si ex horreis i alteruꝫ locum vicinū transuersa refrigerenť aliq̄n tis dieb⁹ atqꝫ ita horreis inferanť. Negat columella ventilāda eē frumēta. quia ma gis miscenť animalia totis aceruis que si non moueanť in summitate vltra mensu ram palmi subsidēt. et hoc corrupto velut corio illesa durabūt. Ab horreis tamen de bet auster esse auersus. Adhuc cauendū ē ne pauimentū sup qđ poniť humidum sit aut rarū sed solidū et bene planuꝫ ne muri bus p̄beat habitaculuꝫ ꝑ foramen. Insup etiam diligenter attendendū est ne sit loc⁹ excedens in frigore vel calore. quia vtrūqꝫ segetes corrumpit ⁊ ꝑdit in eis virtutez na turalem. Aliq̄ puteos faciūt hoꝝ solum ⁊ latera paleis substernūt. ⁊ curāt ne humor aut aer tāgere possit nisi cū ꝓmať ad vsuꝫ. quo enī spūs non ꝑuenit ibi non oriť gur gulio. sic conditū triticū manet annis qui quaginta. miliū vero plus annis centū vt Varro scribit.

¶ De auena

Auena duplex est siluestris ⁊ domestica. Siluestris nasciť in frumēto cū granum ei⁹ satū nimia mollicie ⁊ intempantia terre cō uertitur in auenā que ab ea i herba cogno sciť. qꝛ latiores viridiores et pilosiores ha bet frondes. ⁊ hui⁹ granū nigrū ⁊ pilosum est ⁊ maturať et cadit ante maturationem frumēti. Domestica est alba non pilosa et seminať tꝑe seminū frumenti ⁊ eodez mo do ⁊ melius mēse ianuarij februarij ⁊ mar tij. et etiā in macra terra bona ꝑuenit. ⁊ eū dem querit aerē ⁊ similē terram desiderat. Albertus tamen dicit q̄ siccū querit agrū et modicū ante messes frumēti maturatur et colligiť. et tam herba vtriusqꝫ auene q̄ꝫ semen est optimū pabulū equoꝝ et boum et asinoꝝ ⁊ muloꝝ. neutra vo ipsarū hoīes

nisi ppter necessitatez in suo cibo vtuntur. Virtutē habet relaxandi omnē tumorem z duricies. z faciei immūdicies depurādi vt dicit Plateari⁹

De cicere

Cicer notum est. Et eius quidē diuersitates sunt. Quia quoddā est albū quoddā sanguineū. z ex his quoddā grossum z q̄ dam parū z quoddā est rubeuz z aliud ē nigrū. Ex quib⁹ sanguineū tantū rugosuz corticē habet z est meli⁹ ceteris. Reliq̄ omnia corticē habent politū. Optime nascit i aere tempato z humido z terrā pinguissimam z solutā deliberat. z cretā etiā nō formidat z terrā quidē valde maculentaz reddit. Seminat mense februarij in locis calidis tempatis martij. Frigidis vo de mēse aprilis. Cui pderit vt cito nascat si molle seratur z maxime aqua letaminis cū tarde seritur. Et circa sulcos ortoz optime plantatur z cū maturū est colligit remanētib⁹ herbis. Media corbe seminis bubulca cō tenta est. Sarculat z herbis mundatur vt faba sed nebulis ledit z inde in eluuione facile perit. Colligit quidē granis existētib⁹ siccis z cū luna multum pcessit in defectu. Cicer albū p̄m Isaac calidū est in primo g̃ du. humidū in medio. Rubeū autē est calidus z minus humidū. Sz Auicēna dicit q̄ vtrūq; est calidū z siccū in primo gradu et nigrū est fortius. Cicer plurimi ē nutrimenti ac ventrē humectat sed inflationez generat z ventositatē. Idcirco auget spermā z coitū valde cōfortat. quia tres habet in se causas ad coitū ptinentes. s. calorem. nutrimentū z inflationē. Ideoq; valde cōpetit admissarijs equis cū multitudinem equaruz necesse habuerint coire. Ypocras dicit q̄ ciceris potestates due sunt et cum coquit eas amittit z in aquā vbi coquitur redeunt. vna dulcedinis altera salsuginis Cum dulcedine sua nutrimēto bono nutrit z lac augmentat z ventrem humectat Cū salsugine vo humorē grossuz soluit ac minuit. vrinā et menstrua puocat z valet ictericis ac hydropicis et ad toti⁹ corporis pruriginez Et si in eius iure laueꝫ impetigi nem z serpiginē mūdificat. Itē p̄m Galienum Cicer educit lūbricos z valet ad opilationē splenis z epatis z fellis et lapides frangit in renibus z vesica sed nocumētuz est vulneribus renū z velice. Cicer nigrū est magis diureticū z apertiuū. et ideo pl⁹ valet in aptiōe splenis z epatis et fractura lapidum z lumbricis educēdis. z precipue si cum apio coquat z ius ipsi⁹ bibat. Albuz vo est melius in augmentatione lactis et spermatis. Auicēna dicit q̄ cicer clarificat vocē et nutrit pulmonez meli⁹ q̄z res aliq̄. z ppter hoc fiunt sorbitiones ex farina ciceris. Et oportet q̄ cicer cōmode comedatur neqz in p̄ncipio cibi neqz in fine sz i medio eius. z vehemēter addit in coitu z eius infusio facit erigere membrū fortiter quādo bibitur a ieiuno

De cicercula

Cicercula nota est aerē humidū deliderat z terram pinguē z cretosam. seminari pōt i solida terra vt faba. deinde arari et sulcari tpe ianuarij z februarij z in p̄ncipio martij serit. z media corbis cōplet bubulcam. Bon⁹ cib⁹ est animalib⁹ et boies ea vtuntur elixa z in tortis z in pane cū alijs generibus bladi p familijs tenuib⁹ et boc q̄ laboribus exercentur.

De canabo

Canabū est de natura lini z ideo simile aerē deliderat z terrā. sz nō oportet vt sit totiens exarata. Verūtamē q̄ volūt habere canabum p funib⁹ seminare debēt ip̄m in locis pinguissimis in q̄b⁹ longū valde puniet z grossaz z multā stupā habēs ex grossicie corticis ei⁹. et quanto rari⁹ seminabit tanto magis ramosum erit. Qui vero volunt ex eo facere pānos sz saccos linthea mina z camiseas seminēt ip̄m in locis me-

diocriter pinguib⁹ ⁊ solutis aliqualiter spissū in quib⁹ ꝓueniet sine ramulis q̄si magnuz linū. Et tale cōpetens erit p̄dictis opibus. et iterꝫ erit necessariū piscatorib⁹ ꝑ rhetib⁹ eoꝝ. nā canabū valde meli⁹ defendit in aq̄ q̄z linū ⁊ similiter rhete ex ipso factū. Seritur aūt de mense aprilis et in fine martij et herbis sarculo mundat et manib⁹. Colligitur canabū cū matura sunt semīa eius scz masculinū ⁊ in fascib⁹ ligatū ponunt ī aliquo loco duo fasces simul vt semīa vnius sint sup semina alteri⁹ ⁊ radices oppositе. ⁊ cooperiunt summitates seminū cū herba vel quolibet stramīe sup quo ponūtur lapides aut terra vt seminū maturitas compleat. et cū sic ꝑ sex aut octo dies steterit eleuant stramina aut lapides et ponitur lintheamen sub vel iuxta semina et excutitur semen qd̄ facile cadit. Sz femininū qd̄ semen nō habet totū ꝑ decē dies añ masculinum colligit cū albescit. deinde totū simul macerat in aq̄ ibiq3 dimittit donec stupa possit a lino separi. ⁊ ip̄m linū putrefactuz conteri. et maxime qd̄ ex eo subtile est. Qd̄ vo grossum est valde ⁊ longū velut partice depilari potest a ligno stupa q̄ facile ab eo carpit postq̄z fuerit maceratū ⁊ in aqua lauādo ꝯcussum ⁊ postea exiccatū. Et nota q̄ ex eodē semine canabi nascat canabū ramosum qd̄ semina infinita ꝓducit. ⁊ aliud non ramosum qd̄ seminib⁹ oīno caret. Semē ei⁹ optimū est ꝑ auiculis et ipsum libēter assumūt sibi in escā

¶ De frumento

Frumentū est granum qd̄ ceteris omnib⁹ corporis humani cōueniētius nutrimentū est ꝓpt̄ similitudinē sue cōplexionis. Ei⁹ quidē diuersitates multe sunt. Nā quoddā est nouum vni⁹ videlicet anni vl̄ minoris etatis ⁊ hoc maxime cōueniēs p̄bet nutrimentū. et tale seri debet. Et quoddā ē maioris etatis. ⁊ hoc min⁹ laudabiliter nutrit nec seminibus cōpetit. qr raro vl̄ debiliter nascitur satū Et cuiusdā granū est longū mediocriter. et albū vel rubeū subtilē habēs corticez et farinā interi⁹ albaz. et hoc est optimum. Qd̄ vero est grossum rotundū rubeū vel album aut lucidū est min⁹ bonū. Et pasta quidē q̄ fit ex eo nō est tenax. nec ei⁹ panis crescit in altū. Que vero fit ex primo ē valde tenax. et eius panis multū auget. sed ex agro collect⁹ mēsure min⁹ rñdet q̄z grossū Et granū quidē qd̄ in terra pingui nascit. est pingui⁹ grauiusq3 in pōdere ⁊ nutribilius. Qd̄ vero in terra macra orit cōtrariū existit. Et qd̄ in regione vel terra calida nascitur est calidi⁹. et qd̄ in frigida est frigidius. qd̄ in sicca sicci⁹. et qd̄ in humida regione vel terra ꝓuenit est humidi⁹ Et ē qd̄daz in spicis tonsum. et hoc licet breues faciat spicas. et nebulā seu melumē timeat pl⁹ q̄z viscosum vt quidam dicūt. tamē a radice pullulat et spicaꝝ numeꝝ duplat. grossum vero ⁊ maxime spicas habēs rubeas licet eas magnas ꝓducat ⁊ grossas atq3 mltuz granosas. tamē parū pullulat et rariores īuenitur spicas habere. In omī climate habitabili nascit. licet abundanti⁹ ⁊ nobilius ꝓueniat in regionib⁹ tēpatis sicut in tertio q̄rto ⁊ q̄nto climate. Terrā desiderat pinguem aut mediocris pinguedīs et dulcis saporis. Cretā diligit ⁊ ī mediocriter soluta bonū ꝓuenit nimis vo solutā aut sabuluz nudū recusat patēti campo letat ⁊ leditur vmbris. locis humidis et aquosis degenerat et in loliū et auenā ꝯuertit. Frumentuz vo collis grano robusti⁹ est sed mēsure minus respōdet. Seminat aūt in frigidis et niuosis locis in fine augusti et toto septēbri. Tpatis in fine septēbris et toto mense octobris. In calidis vo in fine octobris et toto mēse nouēbris. In q̄b⁹ omnib⁹ locis primo exiles terre serant vt frumēti sati radices añ hyemē ꝯualescāt. vltimo pingues que si mature serant luxuriāt in spuria diuersaꝝ herbaꝝ que frumēta necant. In iugero seu bubulca seminis corbis vna sufficiet. Qz si p̄dicto tpe terra fuerit nimis sicca. semina sparsa meli⁹ in agris q̄z in horreis ꝑuabunt. Si vo nimis mollis gelicidio

sequētis hiemis corrigetur si extra agrum aqua poterit deriuari ne germē extinguat Si terra sit tpata in octo dieb⁹ terrā egreditur vel paulo post. Colit̄ campestris frumentari⁹ ager hoc modo. Eo diligēter exculto s̄m doctrinā in generalib⁹ traditam ⁊ eo seminato iterꝝ aret̄ ⁊ ligonib⁹ vniuersum semē operiat̄. glebe rumpant̄ et ex eis sulci mundent̄ tā directi minores q̄ꝫ transuersales maiores ꝑ inferiores agroꝝ ꝑtes impressi ꝑ quos aque pluentes libere sine obstaculo ad fossata deriuent̄. que si tpe q̄ granum est in lacte ⁊ incipit germinare in agro remaneāt semē extinguēt. Mense vero ianuarij post gelicidiū februarij ⁊ martij postq̄ꝫ frumentū est quattuor foliorum sarculo ⁊ manib⁹ ab omnib⁹ adulterinis herbis mundet̄ ita q̄ herbosis locis maturius nō herbosis seri⁹. Mense vero maij non sunt tāgenda frumēta q̄ florent octo diebus. deinde flore deposito diebus quadraginta grandescūt vsqꝫ ad maturitatis euentū. Idē dicit Palladius de ordeo ⁊ d̄ ceteris que sunt seminis singularis. Mēse iunij locis maritimis ⁊ calidiorib⁹ ac siccis. tpatis vero ⁊ frigidis mense iulij tritici messis abscindit̄ quā paratā esse cognoscis si equaliter spicaꝝ populus maturato rubore flauescit. Et modus quidez metendi solitus not⁹ est. Pars v̄o galliaruꝫ planior hoc cōpendio vtit̄ ad metendum. Et ꝓpter hominū labores vni⁹ bouis opa spacium toti⁹ messis assumit. Fit igitur vehiculum q̄d duab⁹ rotis breuibus fertur. hui⁹ supficies tabulis munit̄ que forinsecus decliues. in summo reddūt spacia lōgiora ab ei⁹ fronte carpenti breuior est altitudo tabulaꝝ. ibi denticuli plurimi ac rari ad spicaꝝ mensurā cōstituunt̄ in ordine ad superiorē ꝑtem de curru. A tergo vero eiusdē vehiculi duo breuissimi temones figantur vbi bos capite in vehiculū v̄so iugo aptatur. ⁊ bos mansuet⁹ qui nō modū cōpulsoris excedat. Hic vbi vehiculum ꝑ messes ceperit pellere oīs spica in carpetuꝫ denticulis cōp̄hensa cumulatur abruptis et relictis paleis altitudinē vel humilitatē plerūq̄ꝫ bubulco moderāte qui sequitur ⁊ ita ꝑ paucos itus ac redit⁹ breui temporis spacio tota messis implet̄ hoc cāpestribus locis vel equalibus vtile est vbi necessaria palea non habet̄. Secata frumēta ī mane vsqꝫ ad tertiā. vel tota die cum aer tpatus est ligātur q̄ in horis nimie siccitatis spice ac ligamina ex eadē segete franguntur. deinde ligata portātur ad areaꝫ fasciculis numeratis. ⁊ sub tecto aliq̄ aut in barchis taliter disponunt̄ q̄ aqua pleres intrare n̄ possit ibiq̄ꝫ cōgregent̄ donec fuerit vniuersa messis expleta Postmodū triturantur aut virgis aut equabus. sed virgarū tritura melius totū frumentū de paleis excutit trituratio v̄o equaꝝ velocius ⁊ fractione paleaꝝ eas nutrimēto animaliū melius p̄parat. Ab omnib⁹ folliculis et seminibus extraneis euētatione mundātur ⁊ cōuenienter exiccata ⁊ refrigerata in areis ad horrea seruāda portātur. cui⁹ durabilitati ꝓderit si sepe inquirat̄ ne intra se acerui calore inficiantur extraneo. Q̄d quidē cū acciderit ꝑ granaria siue horrea moueātur vl̄ euentent̄ vel q̄d melius est ad solē et aerem deportētur. et refrigerata iterꝝ horreis inferantur. Generaliter tamē de omnib⁹ granis p̄ter miliū compertū est q̄ in stipul̄ suis diutius q̄ꝫ excussa seruant̄. Frumētum s̄m Isaac calidū est ⁊ humidū temperate. Cortex ei⁹ calidus ⁊ siccus est ⁊ mundificatiuus. nutrimentū eius est ꝑuissimuꝫ. in aqua calida missus ⁊ ꝑfricatus atqꝫ colatus coctusqꝫ pectora ⁊ pulmones viscosis humoribus purgat. ⁊ si aqua mittat̄ in lac nutribilior efficit̄. Si cuꝫ vino aqua mixto coquat̄ et fiat cathaplasma de eo māmillis duris ꝓpter lac coagulationem dissoluit. Isidor⁹ autē dicit q̄ farina frumenti cum melle mixta faciei pustulas sanat māmillis ex coagulatiōe lactis induratis cū adipe ⁊ vino decocta duriciē mollificat. Collectiones ⁊ apostemata maturat. neruos induratos ⁊ indignatos ⁊ quasi spasmatos relaxat. Et eadē dicit Diascorides. Frumē

tum cū sale mixtū apostemata maturat ⁊ aperit. Tritici recētis ⁊ noui nutrimētū parum crudū flegmaticū ⁊ inflatiuū existit. rugitū ⁊ dolorē lateribꝰ cōmouet. assatum magis nutrit. ventositatē minꝰ facit ⁊ stipticum est. In aqua coctū grauissimū est et inflatiuū. digestioni durꝝ ⁊ rugitū mouet. humores dēsissimos ⁊ viscosissimos generat. Sꝫ tñ si bene digeritꝫ multū nutrit ⁊ mēbra cōfortat. ꝓpterea dari oportet eis qui magnis laboribꝰ exercentꝫ. Granū fractuꝫ si cū lacte coquatꝫ sanguinē bonū ⁊ laudabilē generat ⁊ nutrimentū multū. Si tñ sepe sumantꝫ opilationē epatis ⁊ duriciē splenis ⁊ lapidē in vesica ⁊ renibꝰ faciūt. maxime si renes calidos naturaliter vel accidētaliter inueniāt. Et pasta quidē frumēti q̄ plibꝰ vtimur modis siquidē azima viscosa est inflatiua ⁊ ad digerendū dura. Iōqꝫ inflationes ⁊ dolores ⁊ opilatōes generat ⁊ nutrimentū durꝝ ⁊ grossum ⁊ illaudabile reddit q̄re exercitātibus tantū ꝯuenit. Si vero fuerit fermētata bonū ⁊ laudabile generat nutrimentū Si vero frixa vl sub prunis cocta mala est. qꝛ exteriꝰ dura ⁊ interiꝰ viscosa ⁊ semicocta remanet. Ideoqꝫ nec ociosis cōpetit ꝓpter viscositatē ⁊ cruditatem intrinsecā nec exercitātibus ꝓpter duriciem ⁊ adustionē extrinsecaꝫ. Panis in forma magnꝰ corticē subtiliorē ⁊ duriorez habet. ꝓpterea eiꝰ cortex parū nutrit et est ad digerendū durꝰ humiditatem desiccat vñ ⁊ ventrē ꝯstipat. medulle vo multuꝫ hꝫ ⁊ ipa medulla est grossa viscosa humida ī flatiua ⁊ flegma viscosū generat. Panis aūt ꝑui et subtilis interiora ignis ꝑforat et medulle humiditatē desiccat. vñ paruꝫ nutrit ⁊ tarde egeritꝫ ventrēqꝫ ꝯstipat p̄cipue si frigidꝰ sit ⁊ vno vel duobꝰ diebꝰ a coctōne longinquꝰ. Qui vo est mēsure medie ī forma est medie potestatis. Et panis q̄dē cuiꝰ ignis in coctiōe magnꝰ fuit habꝫ exteriora exiccata ⁊ indurata. interiora vo non bene cocta. qꝛ velociter cortex indurata nō ꝑmittit focū ad interiora penetrare. Iōqꝫ cortex est dura nō nutriēs sicut fere incēsa vnde siccissimū sanguinē parit et cōstipat ventrē. Et mica quidē viscosa grossa et indigesta. vñ crudos ⁊ viscosos generat humores. Si eni añq̄ coctꝰ sit extrahatꝫ viscosus erit fortiter digerētibꝰ ⁊ exercitātibꝰ tantū necessariꝰ. Et si dimissus fuerit vsqꝫ quo coctꝰ erit siccꝰ erit ⁊ stipticꝰ ⁊ durus digeri. Mediocris vo focꝰ tꝑatus est quia totū penetrat corpꝰ panis eq̄litꝫ. Et coctꝰ q̄dē in furno melior est qꝛ totꝰ equaliter coq̄tur. sub testis vo deterior qꝛ focus in vna ꝑte magis opatur ⁊ altera cruda remanet et viscosa ⁊ ideo ad digerendū durus est. Si ergo sepe comedatnr post multū tꝑis inflatiōes ⁊ dolores lateris generabit. Similiter subcinericiꝰ aut sup carbones coctus velociter extrinsecꝰ desiccatur. interius vo grossus remanet ⁊ viscosus et multum cineris cū eo admisceꝫ. maxīe si ligna sint mollia ⁊ cito incindantꝫ. ⁊ ideo inflationes ⁊ grauitates mēbrorū ⁊ obscuritates facit. Et panis q̄dē calidꝰ aut recēs magis est humidꝰ et nutritiuꝰ q̄ post vnū aut duos dies accipitꝫ laudabilis ē. qꝛ tꝑatꝰ est interius et exteriꝰ. Siccissimꝰ rarus est et leuis causa ablate humiditatis. vñ hūores desiccat ⁊ generat sitim ꝓpter desiccationē stomachi ⁊ ventrē ꝯstipat. Panis autem tꝑate habēs fermētū ⁊ sal ⁊ bñ cōfectꝰ ⁊ sic oportet coctꝰ facile in stomacho digeritꝫ et sanguinē clarissimū in corpe generat. Vñ cōmodior est eis q̄ in quiete sunt ⁊ deliciarum delectatiōe. Exercitātibꝰ ⁊ laborātibꝰ incōueniēs est ꝓpter sui subtilitatem et facilitatē dissolutiōis ex mēbris eoꝝ. Panis vo paꝝ fermētatꝰ sal nō habēs nec bene coctus viscositatē creat ⁊ grossiciē. ꝓpter hoc aptus est exercitātibꝰ ⁊ fortiter digerētibus Panis vo supfluū fermēti ⁊ salis habens minime nutrit ⁊ ꝯfortat. Virtꝰ eni salis humiditatē eius desiccat. fermentū vo cōiunctionem rarificat

De faba

Alba quedā grossa quedā ꝑua est. Itē quedā alba

quedā nigra est. Et iterꝝ quedā facile coq̄t quedā dure. Et alba quidē que facile coq̄t est melior ⁊ ꝑua saporosior ē ⁊ magis fertilis q̄z grossa. Grossa v̄o pulcrior sz min⁹ fertilis. In omī aere habitabili ꝓuenire d̄r Terrā desiderat pinguē ⁊ cretosam ⁊ in ea subtilē facit corticē ⁊ facile coquit̄ ⁊ ī mediocriter soluta satis ꝯueniēter nascit̄. In sabulo v̄o ⁊ macra nō bene ꝓuenit. ⁊ que ibi nascit̄ grossum habet corticez ⁊ dura est ad coquendū nisi talis ager letamine impinguetur. tūc enī ei⁹ malicia emendat̄. Melior tñ semꝑ est q̄ nascit̄ in terra pingui cretosa Seminat̄ aūt in stipulis ⁊ in terra nō arata. licet et in arata seri congrue possit. Spargit̄ āt semē ī locis calidis aut tꝑatis inense nouēbris ⁊ decēbris. Frigidis autez aut ītꝑatis de mēse ianuarij ⁊ februarij cū terra post forte gelicidiuz talis est q̄ possit arari post sparsum semē. Et meli⁹ quidez in hūida q̄z sicca terra serit̄. Sed et seri pōt de mēse martij. maxime in terra valde pingui cui mlt̄ū ꝓderit cū tarde seritur si madida seminet̄ sic eī statim germinare ⁊ nasci cogetur q̄ si in aq̄ letaminis duob⁹ vel tribus dieb⁹ mollificari sinat̄ q̄ nascitur ex ea melioris erit cocture. ⁊ etiā talis mollificatio pinguis eidē contra terre macredinē auxiliū exhibebit. Quidā dicūt fabā in aq̄ vitrata cum serit̄ respersam cocturaz non habere difficilez nec est necesse vt nascat̄ q̄ glebe in ei⁹ seminatōe rumpātur. his enī nō obstātibus licet plurimū infra terram submersa fuerit erūpit pullulās ad suꝑficiem terre. Corbis vna ⁊ min⁹ bubulcā complet. nā late spargēda est vt dilatari in stipitibus possit. Luna aūt plena meli⁹ serit̄ faba. Hoc genere leguminis terra non ledit̄ ⁊ maxime si radices dimittant̄ sed tamē in eo nō multū fecundat̄ nisi ꝑ accidens ager fuerit humid⁹. Nā columella dicit agruz frumētis vtiliorē ꝓbari qui anno suꝑiori vacu⁹ fuerit q̄z qui calamos fabacee messis eduxit ⁊ verū dicit duplici rōe. vna ratō quia messis de nutrimēto frumēti aliquid cōsumpsit. altera q̄r nō potuit in estate sic cōmode exarari vt nudus. Faba s̄m Palladium runcāda est cuz quattuor digitis eminet suꝑ terrā. deinde alia vice sarrietur cum herbe nocue fuerint in ea renate. quo quidē nō affligit̄ sed ꝓficiet ⁊ multum fructum reddet. Et flexa quidē ꝓpe nodum sicut integra rñdet. Mense maij ⁊ iunij faba quadraginta dieb⁹ floret simulq̄z grādescit. Idē est in omnib⁹ q̄ sunt semīs duplicis velut pisum ⁊ cetera legumina Mēse iunij faba luna minuēte vellctur ante lucem sane ⁊ anteq̄z luna ꝓcedat ⁊ excussa et refrigerata ponat̄ in horreo. ⁊ sic gurgulio nes aut nullo modo aut min⁹ patietur infestos vt Palladius ait. Varro scribit q̄ faba ⁊ cetera legumina in vasis olearijs cinere oblita ꝑdiu incolumia seruant̄. Fabe vt dicit Isaac aut comedunt̄ virides ⁊ tūc frigide sunt ⁊ humide in primo gradu et humores generāt grossos crudos ⁊ inflatiuos. Vñ ventositatē faciūt ⁊ ideo stomacho valde nociue sunt. Sicce vero et maturitate ꝑfecte frigide sunt ⁊ sicce in primo gradu ⁊ illaudabilē generāt sanguinem. ⁊ carnē inflant ⁊ dilatāt. ⁊ oꝑant̄ in ea q̄d fermentū in farina. Vñ in suꝑioribus vētris plurimā grossiciē generāt ⁊ inflatiuā. ex q̄ fumus in caput ascendēs cerebro nocet et somnia multa ⁊ corrupta inducit. Cū igit̄ hui⁹ nature sint fabe nō eis aliquo decoctionis modo potest auferri sz minui. Experimento aūt hoc ꝓbat̄ q̄r fabis q̄tidie vtentes indigestionē ⁊ inflationē patiunt̄. etiā si sanissimi sint. Mūdificatiue autē sunt et ideo valēt ad lentigines. et qui cutē sui corporis mūdificari volūt ex farina eaꝝ lauari assuescāt. diuersis coquit̄ modis. Quedam enī aqua coquunt̄. quedā enim igni assant̄. Cocte in aqua laudabiliores sunt. quoniā aqua eis plurimū aufert ventositatis ⁊ grossiciei. maxime si eiecta aqua priori altera iungat̄. Hec q̄z decoctio duobus fit modis aut cū cortice aut sine cortice. Et cocte quidē cū cortice dure sunt ad digerēdum grosse inflatiue. spissitas enī corticis egressionem ꝓhibet ventris. ⁊ mora eius

diuturna in ventre ventositatē ⁊ inflatiōz generat. Cocte vō sine cortice minus sunt inflatiue ⁊ cito digerunt. et si ꝑm ius fiat calefactiuis reb⁹ appositis vt pipere zinzibere vel oleo pfecta est medicina ad cort⁹ opationem. Comeste aūt cū origano menta cimino ⁊ similib⁹ suā ventositatē ⁊ inflatiōz minuūt. Allate min⁹ ventositatis ⁊ inflationis habēt sed ad digerendum durissime sunt. verūtamē si aqua infundat post allationem ⁊ cū cimino mēta ⁊ origano comedantur. duriciē amittūt Fabe confracte bobus in cibū cōtinue abundāter exhibite cito eos impinguāt. et hoc modo boues magni ⁊ senes a peritis vaccarijs impinguāt in dieb⁹ qndecim ⁊ renouat caro eorum. Auicēna dicit q fabaz rectificatio est plōgatio infusionis eaz ⁊ bonitas decoctiōis ⁊ comedere eas cū pipe ⁊ sale ⁊ silib⁹ ⁊ cuz oleo et meliores oīm sūt grosse albe nō ꝑforate a gurgulionib⁹. Et ex ꝑprietatib⁹ eaz est q ablcindūt oua gallinaz cū nutriūtur ex eis. et q faciūt videre somnia cū alienatione ꝑturbata et q faciūt accidere ꝓpruritus ꝑprie recētes. Itē emplastrū ex corticibus eaz sup femur infantis ꝓhibet ortū piloz similiter quādo sepe iterat sup locū rasuz. Et fabe abstergūt morphēa in facie ⁊ ꝓcipue cū cortice et pannū ⁊ lentigines ⁊ faciunt colorē bonū ⁊ eaz emplastrū ē bonuz apostemati māmille ⁊ caseitati lactis i ea. et que ex eis cocta sunt cū aceto et aqua cōferunt solutioni antique ⁊ ꝑprie cū fuerint cū corticib⁹ suis ⁊ ꝓferunt dissenterie. Plinius dicit q faba cocta cū colatura et⁹ potata pulmonē mūdificat. apostemata māmillaz curat. cū rosis mixta dolorē ⁊ liuorem ⁊ lippitudinē oculoz curat masticata ⁊ ꝓpibus apposita. humores ad oculos reumatizantes cōpescit. Itē scissa ⁊ sup venaz incisaz posita sanguinē restringit. lac effluens de māmillis sistit ⁊ defluere de māmillis nō ꝑmittit. Pdo dagricis ⁊ arteticis cū adipe ouis decocta subuenit si sup doloris locū emplastret. Tumores ⁊ inflatōes apostematū repcutit si in ꝓncipio decocta in aceto tumori apponat. Itē dicit q qñ faba est in flore aquas maxime cōcupiscit cū vero efflorauit diligit siccitatē. Itē dicit q in aqua marina vel salsa vix coquit. Dicit etiā q in insulis maris occeani nascit faba spinosa ꝑse que coqui non potest. Itē in egypto nascit faba spinosa longa decē cubitorum quā cocodrilli fugiūt timētes ne oculi eoz spinis eius ledātur.

¶ De farre

Far est quasi simile spelte sz est grossior in herba ⁊ grano. Seritur tpe tritici ⁊ spelte. Et corbis vna bubulcā cōplet. Abundatur ⁊ metit vt triticū. Far tempate complexiōis est. ⁊ est cib⁹ bonus sanis ⁊ egris. satis cuz nutrit et ꝓfortat ⁊ bonū generat nutrimentum ⁊ pon⁹ est stipticū q̄z laxatiuū

¶ De faseolo

Faseoli noti sunt. et eoz quidā sunt rubei quidā albi. Terrā et aerē talē deliberant q̄ lem panicū et milium. et inter ipsa et cicera cōmode seminant. Serunt etiā in ortis inter cepas ⁊ caules. sed ⁊ in min⁹ soluta terra ꝓueniunt. ⁊ eisdē tpibus seminantur. Et quāto magis terra pinguis fuerit. tāto rarius seminētur herbis sepe mundent. Colliguntur aūt succesiue ipsoz silique quotiens albedine sua maturitatē fatētur ⁊ sup limbeis aut sextorijs ad solem siccant. Rubei calidi sunt ⁊ humidi in medio secundi grad⁹. Albi vō parū min⁹ calidi sz magis humidi. Testat hoc q eoz grana vt cetera siccari nō possunt. et si deficcant diu ꝑuari non possunt. humores generat grossos et inflationem ventositatē sumū q̄z plurimū caput implentē. et somnia pessima ac terribilia facūt ⁊ corrupta. Auicēna ꝓterea dicit q generāt humorē grossum. sz sinapis ꝓhibet nocumentū eorū. et similiter acetū cū sale pipere ⁊ origano

¶ De gith

Gith est semen nigrum et quasi triangulare. Cui⁹ herba nascit̃ in frumẽtis ⁊ speltis et siligine ⁊ vulgariter dicit̃ gittiron⁹. et facit flores rubeos ad modũ campanellarũ Est autẽ calidũ et siccũ in secundo gradu Virtutẽ habet dissoluẽdi et cõsumẽdi contra opilationẽ splenis ⁊ renũ ⁊ yliacã passionem ⁊ dolorẽ stomachi ex ventositate valet puluis eius in cibis. Cõtra lũbricos detur puluis eius cũ melle et fiat etiã emplastrum ex puluere ei⁹ ⁊ succo absinthij circa vmbilicum

De lolio

Lolium siue zizania nascit̃ inter triticũ siccis corruptisq; tpibus vim acutaz habet et venenosam. Opilat mentez ꝑturbat ⁊ inebriat. Cum vino cocta ⁊ stercore azinino ⁊ semĩe lini cathaplasmate facto. apostemata dissoluit et scrophulas. Cocta cum radicis cortice et vulneribꝰ iam putrefactis apposita sanat et mũdificat. Itẽ est adustiua tritici q̃ trahit nutrimentuz eius. sicut papauer est zizania auene ⁊ caulis vitis quia adurit eã vt ait Albert⁹

De lenticula

Lenticula nota est hec vult habere locũ tenuẽ ⁊ resolutũ vel etiã pinguẽ. sz siccũ maxime q̃ luxuria ⁊ humore corrũpit̃ vsq; ad lunã duodecimã. De mense februarij serit̃ Quartariũ corbis in satiõe bubulce sufficiet. Cũ aũt lens valde cito pullulet ⁊ ĩcrementũ accipiat oportet q̃ si ager fimãdus est prius q̃z serat̃ cũ fimo arido misceat̃. et cũ in illo quattuor vel q̃nq; diebꝰ steterit: tũc spargat̃ in agrũ. hoc Albert⁹. Sz Palladi⁹ ꝑcipit hoc fieri debere vt cito nascat̃ et crescat. Frigida est in ꝑmo gradu. sicca ĩ tertio. Nutrimẽtũ ei⁹ est grossum ⁊ ad digerendũ duꝝ. melancolicũ sanguinem generat ⁊ si cũ corticibꝰ comedat̃. cerebꝝ fumo grosso implet̃ ⁊ melancolico. vñ causa est doloris ⁊ fallaciũ formidolosoꝝq; somniorum. Ventositatẽ ⁊ inflationẽ ⁊ constipationem faciũt. Preterea ceteris granis stomacho nociuior est et pulmoni ac dyafragmati et pelliculis cerebri ceterisq; neruis pelliculaꝝ et ꝑcipue oculoꝝ q̃ humiditatem eoꝝ desiccat et exasperat. sanis oculis officit quãto magis infirmis. Est igit̃ cõplexioni sicce noxia sz eis q̃ humide sunt cõplexionis aliqñ prosunt si sine cortice coquant̃. Itẽ ydropicis valẽt cũ cortice vero nocent nimis ꝓpter ventositatẽ ⁊ inflationem quã faciũt. grãdis et noua melior est ⁊ coquibilis ꝑm cibũ ⁊ medicinã q̃z parua vetus et dura. Si cineri misceatur melius seruabitur

De lupinis

Lupini aut terras aut vineas impinguãdi aut seminis colligẽdi causa serunt̃. Qui ꝑma causa in vineis vel agris spargunt̃ de mẽse augusti. vel collectis vuis serẽdi sunt et ligonibꝰ cooperiẽdi vel aratro. Deinde mẽse aprilis vel maij cũ ad debitũ augmẽtum ꝑuenerint euertendi sic eni vineas et agros letamĩs more impinguãt ⁊ fecũdãt et in agris tũc serat̃ miliũ ⁊ panicũ et tempore veniẽte frumẽtum. Et vineis quidem magis letamine ꝯferũt q̃d eis nõ bñ competere dicit̃ quia ꝯsueuit vini viciare saporem. Serunt̃ etiam optime post collectas messes in stipulis vel faualibꝰ bis aratis vel circa principiũ augusti Deinde mense octobri iuxta terrã ligonibus inciduntur. et ꝑ sulcos ponunt̃. super quos seminato frumento vomere terra voluit̃. ⁊ sic denuo optimũ granũ ibidez efficit̃. vbi etiã anno sequenti iterũ frumentũ seri potest vel siligo. Possunt etiam seri eodem tempore inter panicum in secunda eius sarculatione qui collecto panico remanebũt vt agꝝ impinguent frumentarium ꝑm modum predictum. et tunc due corbes eius vel plures in bubulca ponuntur. Qui vo semis

colligendi causa serunt mense octobris ⁊ no uembris debent seri ⁊ corbis vna bubulcā complet. limoso agro lupin⁹ non nascitur Cretā formidat et exilē terrā ac rubricaz di ligit. Lupini sarculādi non sunt et sarcula ti extinguunt quia vnā tantū radicē habe ant nec hoc quidē desiderāt qr herbas p̄ter auxiliū cultoris affligūt. Mense iunij vel iulij colligitur. et statim si placuerit fert ex area sed est ab humore longe ponendus in horreis. sic enī diutissime custodit maxime si granaria ei⁹ afflauerit fumus assiduus. Lupini vt ait Isaac calidi ⁊ sicci sunt in se cundo gradu. Et eoꝝ ali⁹ est amarus q̄ ex natura sua talis est. et hic medicine cōpe tit. Ali⁹ dulcis ⁊ insipid⁹ qui ex mora mul ta in aqua dulcorat⁹ est ⁊ insipid⁹ factus. Farina lupinoꝝ cū melle valet cōtra lūbri cos. ad idē valet panis fact⁹ ex farina eius melle et absinthio posit⁹ sup stomachuz et melius si addat modicū aloes. Eadē fari na apostemata maturat ⁊ rūpit. Lupinus vt ait Auicenna subtiliat capillos ⁊ abster git pānos ⁊ morpheam et faciē et tūc maxi me qn̄ decoquitur cum aq̄ pluuiali donec dissoluat. Quidā dicūt q̄ farina lupinorū pilos natos adurit ⁊ exurgere alios nō p̄ mittit. Isaac ait q̄ si aqua in q̄ dulcorātur loca cimicū abluant moriētur. Dulcorati vero lupini nutrimentū grossum est et ad digerēdū durū. Ideoqz humores generat viscosos

De lino

Laurus est arbor satis magna cui⁹ frondes sunt late longe ⁊ solide. semper virides ⁊ odorifere valde q̄ arbor orbatā facit que ē fructus paru⁹ niger. In omni fere aere ꝓuenit ⁊ maxime in tempato vel calido delectatur. Terrā solutā ⁊ maritimam diligit. Plantat̄ ramis ⁊ surculis aut semine eius de mense martij. ꝓprie cum humor ad corticem ramoꝝ ꝓuenerit. Eius frondes ⁊ rami optimi vt in eis ficus sicce seruent̄ et in geladia ponunt̄ vt eam odoriferā reddāt. et circa diacitonitē siue in parua ipsi⁹ frustula diuisim disponunt̄ In quacūq3 aūt re ad coquendū ponant̄ plurimū ei⁹ odorem augent. et cerebrū ac stomachū odore ac sua ponticitate confortāt. Fructus eius qui est orbata in vino muffa infecto positus ipsum sanat. sed idē suo sapore satis ingrato afficit. Auicenna dicit ꝙ grana cortices ⁊ folia eius sunt calida et sicca sed grana sunt calidiora ⁊ sicciora. nā sunt ī secundo gradu ⁊ eius oleū est calidius oleo nucis ⁊ confert doloribꝰ neruoꝝ omnibus. et resoluit laxitudinē Et quādo de cortice ei⁹ aut granis bibitur aureus. id est. pondus dragme vni⁹ ⁊ semis frangit lapidē ⁊ interficit fetum ꝓpter suā amaritudinē additaꝫ sup amaritudinē aliorū ⁊ confert mordicationi scorpionis cuꝫ vino. ⁊ est bona vespe et api quando pungūt. Et omnino est tyriaca venenis omnib⁹ bibita. Diascorides dicit ꝙ frondes lauri libros et vestes cum quib⁹ ponunt̄ a tineis defendūt a vermibus ⁊ a corrosione tutos reddūt

De malo

Malus est arbor nostissima. Eius quidez diuersitates multe sunt. nā quedaꝫ mala mense iunij ⁊ iulij maturitatem recipiūt. que si vsq3 ad completā maturationeꝫ in arbore dimittātur fiunt dulcia et odorifera valde Quedā vero sunt que vsq3 ad hyemē non maturātur. et adhuc colligunt̄ acria ⁊ acerba. sed postea ꝑ se maturationē tempe procedente recipiūt. Et quedā sunt grossa valde. quedā parua. quedā mediocria. ⁊ quedam rubea ⁊ quedā crocea ⁊ quedaꝫ viridia. et quedā diu seruabilia et quedam parum. Et quedā dura et solida. quedā tenera et facile frangibilia. et quedaꝫ in arbore durabilia. quedā ab ea facile cadētia. Sūt autē multe maloꝝ species quaꝝ meliores aut deteriores quilibet poterit ꝑ experientiam in qualibet regione eligere aut vitare Hec arbor in omni aere ꝓuenit et pingue ac letū solū diligit cui humorē non tam rigatio q̄3 natura suppeditet. Et si ī arena vl̄ argilla sit rigationib⁹ adiuuet̄. Montanis locis debet ad meridiē versa cōstitui Macrum et aridū soluꝫ poma vermiculosa et caduca facit Serit̄ ramis et semine sed tardus est in vtroq3 ꝓuentus. Meli⁹ igit̄ est vt in locis calidis octobri ⁊ nouembri. In frigidis v̄o februario et martio plātas siluestres maloꝝ ponam⁹ ⁊ cum ꝯualuerint inserātur. Spacia v̄o inter ipsas arbores viginti aut triginta pedum esse debebunt. Malus inseri potest in piro in spino in coctano in sorbo in persico platano populo ⁊ salice mense februario ⁊ martio ⁊ per solsticium q̄nquaginta dieb⁹ vt ait Catho. ⁊ alijs arborib⁹ q̄bus pirus. Et in cortice et ī trunco ⁊ emplastro ⁊ ad buccellū ⁊ ī amedani vel salicis pertica ꝑforata. vt in generalibus plene traditū est in libro secundo. He arbores primo plantatōnis sue anno circūfodiātur ⁊ ab herbis singulis liberēt̄ quolibet mense estatis. deinde quibusdaꝫ annis bis vel ter qualibet circumfodiant̄ estate. Sed postq̄3 cōualuerint et suas radices fundauerint neq3 exarari neq3 etiaꝫ effodi desiderāt. Idcirco magis eis prata conueniūt. sterc⁹ non exigunt quidē sed libenter assumūt et maxime si ei cineres misceātur Amāt modestas irrigationes. putatio bis apta est sed maxime vt arida aut male nata tollātur. Formātur vt sex vel octo pedib⁹ stipes erigat̄ a terra q̄ alio stipiti

nunq̃z ſociat⁹ exiſtat. Cureturq; vt ſtipes in multos diuidat̃ ramos ⁊ rami in vgas ⁊ fragra q̃ fructū ferāt. Et q; equaliter per omnia latera expādat̃ taliter q; rami q̃q; nimiū onerati ligamine appoſito ſuſtẽtentur vt hec in ca. cōmuni de arborib⁹ pleni⁹ ſunt tractata. Accidit facile huic arbori vt poma ei⁹ caduca ſint. qō ſi euenerit ſciſſe radici lapis imiſſus poma tenebit. Si ſpiſſa poma ramos onerauerint iunij et iulij menſe interlegēda ſūt queq; viciosa vt ſuccus q̃ ingrate bis poſſet impendi ad meliora vertat̃. ⁊ generoſis abundantiā miſtret quā numeroſa vilitate pdebant. Q; ſi hoc cōmode fieri nō poſſit palis pertici⁹ ⁊ funibus defendat̃ a ruptura ramor̄ ne copioſa ipſi⁹ liberalitas in eius interitū ⁊ pniciez conuertat̃. Cito ſeneſcit hec arbor ⁊ in ſenectute degenerat. Eſtiua poma tūc colligēda ſunt cuz colore ⁊ odore aut dulci ſapore maturitatē fatent̃ Seruabilia vo colligenda ſunt circa finē ſeptēbris ⁊ vſq; ad medium menſis octobris q̃ caſu pluriū ſanor̄ ⁊ nigredine ſeminū maturitatē portendūt cum longis ſcalis vſq; ad ramos quos attingere poſſunt. Abinde ſupra cū manib⁹ debilib⁹ ramis cuz funib⁹ vel vncinis ad fortes bñ formatis. Legenda ſunt diligenē que volum⁹ mala ſeruare ⁊ ea in obſcuro loco vbi ventus nō ſit vel puus vt ait varro. Hā ſi fortis eſt feneſtre claudant̃. ſtramentis prius in crate ſubiectis vel paleis. aut loco in cumulos ſecreto diſponimus Aliq̃ omnia ſimul ponūt ⁊ locū operiunt Vinū ⁊ acetū fit de malis ſicut ex piris infra dicet̃. Poma diuidunt̃ in duo. ſ. in cruda nō matura ⁊ in cōplete ac pfecte in ſua arbore maturata. Cruda dura ſūt ⁊ lignea male nutriunt. ſtomacbonocēt. dolorez generant ⁊ venas nō penetrāt. ⁊ eor̄ aſſuefactio cauſa eſt febris diuturne que dure diſſoluitur qō ⁊ de ceteris fructib⁹ intelligendum eſt. q̃ non ſunt pfecte in ſuis arboribus maturati. Perfecte in ſua arbore maturata. diuerſa ſunt p ſua diuerſitate ſaporum. Quedā enī ſunt pontica. quedaz acetoſa. quedā dulcia. Et pontica quedā ſunt terreſtria frigida ⁊ ſicca ad digerendum tarda. multū aūt ſtomachi ꝓfortatiua propterea q; ſtomachū cōprimunt ⁊ humiditatē ſuperfluā ibi inuentā deſcendere faciunt. Sunt etiā egeſtionis cōſtrictiua et marie ſi ante cibū ſumātur ⁊ cōuenientia ſūt bis in quor̄ ſtomachis calor ⁊ humiditas dominātur. ſed groſſa ſunt ad digerendum et dura tarde penetrātia venas inflationē faciunt. neruis nocent Liquor vo eor̄ laudabilior eſt ⁊ ſubtilior et leuior. idcirco ſtomachum ꝓfortat ⁊ inteſtina ⁊ valet ad ſanguinis fluxum. ⁊ diſſinteriā ex colerica egeſtione et vomitum. Propterea pomor̄ huiuſmodi ſuccū oportet mādendo exprimi carnem vo eiici aut ingeniari quomō eaz duricia et aſperitas auferat̃. Hoc itaq; fit tribus modis. aut illa elixando in aqua vt ex aqua humiditatē attrabāt et mollicie aut ſup fumū aque calide ſuſpendendo vt bumectent̃ ⁊ maturent̃. aut ſecta p medium granis interior̄b⁹ duris eiectis eor̄ locis mel aut zucharū apponēdo ſm naturaz accipientiū ⁊ paſta inuoluēdo. et in cinerib⁹ calidis aut prunis dimittēdo donec paſta exterius excoquat̃. hmōi ars molliciez preſtat maturitatē ſaporoſitatē ⁊ ad digerēdū velocitatē ⁊ noxietatē eor̄ ip̄ neruoſ aufert Acetoſis aūt dominat̃ aquoſa ſubſtantia cuz terreſtri exiguo quare frigiditas eor̄ ⁊ ſiccitas temperatiores ſunt pōticis ꝓpter vicinitatē liquoris aeree nature. Hñ actio ſua compoſita cū ſua ſtipticitate cōfert et conſtringit ſtomachuz et ventrē ⁊ egeſtionem colericā ⁊ vomitū inhibet. Cū frigiditate vo ⁊ tenuitate liquoris ſitim extinguit. et acumen colere rubee ⁊ cardiace colerice vires aufert et humores groſſos qui calidi ſunt ī ſtomacho deſtruit. Dulces vero chimos tenuat vt totū corpus valeant penetrare. huiuſmodi poma añ cibū et poſt cibū ſunt bona edi. ſz pira añ cibuz ſunt nociua. Dulcia vo q; tpata ſunt inter quattuor qualitates ſtomacho minime nocent ⁊ ad conſtrictionē ⁊ laxationez ventris vim

manifestã non habent. Frõdes rami ⁊ cortices quia stiptica sunt ⁊ acida cõfortatiua sunt stomachi. vulnera solidãt. ⁊ humores malos ad ea cõcurrẽtes phibent. Auicenna dicit q in eoꝝ substãtia dominat humiditas superflua frigida. et forte ille q̃ sunt vehemẽtis dulcedinis in caliditate sunt tẽperata aut declinant ad eã. Et in pomis q̃dem est inflatio. ⁊ ppie in eis que non sũt dulcia. et insipida sunt aquea valde. et ad partẽ humidã superflue decliua. Et acetosa ⁊ immatura generãt flegma putredines ⁊ febres ppꝛietate sui humoris ⁊ sue crudi tatis. et quia facile recipiũt putrefactiões Et vinũ quidẽ pomoꝝ et reliquoꝝ antiquuꝫ melius est q̃ꝫ recens ppter resolutionẽ va porum maloꝝ ab eo. Et assiduatio comestionis pomorũ facit euenire dolores ner uorum ⁊ ppie vernalia ⁊ odorifera cõfortãt cor. et si sit ibi angustia ex caliditate sũt magni iuuamẽti. et confortãt debilitatem stomachi que stiptica sunt aut pontica vl̃ acetosa. et conferũt dissinterie ⁊ maxie pontica. Et tam poma q̃ꝫ succ⁹ ⁊ folia ipoꝝ conferũt venenis

De malopunico

Malapunica sunt mala granata que nota sunt. Ex quib⁹ quedã sunt dulcia quedaꝫ acria siue acetosa. quedã aũt mediocris saporis inter dulce ⁊ acre composita. Regio illis apta est que calida aut tẽperata existit. Frigidã vo sustinere non possunt. Solum cretosum amat becarbor ⁊ insoluto etiã qualescit. Itẽ macilentũ licet etiam in pingui pueniat. Albert⁹ tñ dicit q vult solum arenosum ⁊ pingue. Seritꝫ plantis de matrũ radice diuulsis. Melius tamẽ si ramus est cubitalis incisus manubrij grossitudine ac vtroq̃ capite falce lenigat⁹ acuta velut obliqu⁹ immergit. prius tamẽ porcino stercore ⁊ in capite ⁊ in pte que ima ẽ liniatur. vel in crudo solo malleo cogatur ad interiora defigi. Mel⁹ autẽ proueniet si ponẽdus ramus gẽmata tam matre su mat. Curandũq̃ꝫ est ne virgulta deponas inuersa siue corticib⁹ spoliata. Si scrobe depones tres lapillos in ipsa radice constitutos puidetur vt Palladi⁹ ait ne poma scindãtur. Fiũt aũt p̃dicte plantatiões locis tempatis martio vel aprili. Calidis aũt ⁊ siccis nouẽbri. Inseri posse firmat de ramorũ cõnexione vt medulla vtrimq̃ꝫ diuisa se iungat. In se tantũ inseri põt circa finẽ martij vel kalendas aplis in trũco secto in quo surcul⁹ recẽtissim⁹ inseri statiꝫ debet ne mora exiguũ q̃ est exiccet humoꝝ. Circumfodi debẽt autũno et vere et formari vt vnũ aut duos vel tres ad plus habeãt stipites a terra modicũ eleuatos et singul' annis recidi oĩa que in stipite nascent aut circa radices. Plura eis accidũt nocumẽta quare si acida fiãt nõ rigent assidue. naꝫ siccitas in his suauitatẽ pstat et copiaꝫ cuius nimietati aliq̃d debꝫ humoris apponi Si acida nascant alla queatis radicib⁹ debet tede clau⁹ infigi. Alij algã marinaꝫ obruunt ad radices. Cui nõnulli miscent stercus asininũ atq̃ꝫ porcinũ. Si florẽnõ continet cũ aque pari mẽsura tempabis. et ter p annũ radicibus illi⁹ infundes vel amurcam mittes infusam. Vel radicib⁹ algã iũges. bisq̃ꝫ rigabis in mense. vel arboris florentis truncũ vt palladi⁹ ait. plumbeo circulo debebis includere vel corio anguis ĩ uoluere. Si crepãt poma lapidẽ in media arboris radice supponi. vel squillam circa arborẽ seres. Si vermib⁹ laborãt et tangit radices felle bubulo cõtinuo moriuntur. Aut si clauo eneo vermes eosdem purges difficile nascent. vel asini vrina stercori admixta porcino vermib⁹ obuiabit. cinis cuꝫ lixiuio circa punici truncũ frequẽter infusus leta ⁊ fructuosa reddet arbusta Asserit martialis cãdida in his grana fieri si argille ⁊ crete quartaꝫ ptes gipsi misceas ⁊ toto triennio ♄ gen⁹ terre radicib⁹ ei⁹ adiũgas Idẽ dicit mire magnitudinis poma fieri si olla fictilis circa punici arborẽ obruat. ⁊ in ea ram⁹ cũ flore claudat ne resiliat ligatus ad palũ tũc coopta olla ꝑ pluuie muniat

incursus. autũno patefacta sue magnitudinis poma reddet. Multa in punico ait poma ꝓcedere si titimali ⁊ portulace succꝰ equaliter mixtꝰ anteq̃z gẽment alliniat̃ arboris trunco. Colligunt̃ aũt cũ suoruz granoꝝ rubedine cõpletã maturitatẽ portendunt. Seruant̃ vo si picatis appẽdiculis ordinata suspẽdas Vel aliter lecta integra in aqua marina vel salsa mergant̃ vt cũ biberint post triduũ sole siccent̃ vt sub diuo nocte ꝑmaneant. Postea in loco frigido suspendant̃ ⁊ cũ eis vti volueris aqua dulci pridie macerabis. Itẽ si induãtur argilla ⁊ ea siccata frigido loco pendeãt. Itez si olla sub diuo obruant̃ q̃ habeat arenas vsq̃z ad mediũ. et mala cũ tenacibꝰ lecta impmant̃ cannis singulis vl' sambuci virgulis et ita sepata in arenis figant̃ vt ipa quattuor digitis emineãt ab arena. Hoc ⁊ sub tecto in scrobe fieri potest. ⁊ vtiliꝰ est ad seruãdum si nõ ramo longiore tollant̃. Aliter in seriola cui ad mediũ aq̃ mittat̃ suspendunt̃ mala ne humorẽ tangãt ⁊ seria claudit̃ ne vẽtus irrũpat. Itẽ in dolio sic ordinant̃ intra ordeũ ne se inuicẽ tangãt ⁊ doliuz desuper aperit̃. Ex malisgranatis ꝫ modo fit vinũ. Grana matura diligẽter purgata ĩ palmeam fiscellã mittis. ⁊ in coclea exꝑmis ⁊ leniter coquis vsq̃z ad medietatẽ. ⁊ cũ refrigue rint picatis ⁊ gipsatis vascul' claudis. Alij succũ nõ excoquũt sed singulis sextarijs libras mellis singulas miscẽt ⁊ in ꝑdicto vase custodiũt. Ex malispunicis fiũt optime sepes spisse spinose fortes ⁊ multũ fructus ferẽtes Malapunica vtiliora sunt medicine q̃z esui. nutrimentuz q̃ꝑpe eoꝝ ⁊ si laudabile est ⁊ bonũ tñ paruũ est ꝓpter subtilitatem eoꝝ facilẽq̃z digestionẽ. Hec aũt q̃ttuor ꝑtibꝰ cõposita sunt q̃ tamẽ omnes sunt stiptice. prima est cortex. secũda caro. tertia liquor. quarta grana. Liquor frigidus est. sed diuersis modis ꝑm suos sapores et liq̃ditates. Sũt nãq̃z põtica acida muza dulcia ⁊ insipida. Pontica impossibile est accipi ꝑm cibũ q̃z ꝓpter asperitatẽ ⁊ duriciez abhorret ea natura. nec recipit nisi ꝑm medicinã. ꝓinde hmõi malagranata si paꝝ ĩ suꝑficie excorticent̃ ⁊ tritoꝝ succꝰ aut cum vino aut cũ syrupo laxatiuo potet̃ superiora stomachi exꝑmunt ⁊ expellũt humiditatẽ putrefactã de inferioribꝰ. ⁊ post mundificationẽ stomachũ cõfortant absq̃z lesione neruoꝝ eiꝰ. Idcirco valet ad febres diuturnas q̃ ex putrefactis humoribꝰ ꝓcreãtur ⁊ ad pruriginẽ ⁊ scabiẽ d̃ putredine salsi fleumatis ortã. Acida in multis rebꝰ ꝓpter paruitatẽ terrestris substãtie melioris sunt actionis q̃z cetera. Calores epatis extinguũt. membra ꝯfortãt ⁊ ꝑsertim os stomachi epar ⁊ cor. Vñ valẽt ad cardiacam colerã ⁊ ad dolorẽ qui nascit̃ in ore stomachi ex colera rubea. habet etiã hoc ꝓprium q̃ in oculis ictericoꝝ stillatũ citrinũ ab eis abijcit colorẽ. ꝓpterea si ablato cortice malagranata acetosa omnia pistent̃ ⁊ succus extractꝰ cũ melle coquat̃ vt vnguẽti similitudinẽ habeat valet ad expulsionẽ vnguium oculoꝝ. purificatq̃z aciẽ a grossis viscosisq̃z humoribꝰ. Maligranati liquor dulcis grossior ⁊ calidior est ⁊ digestibilior et ꝓpterea caloris aliquantulũ stomacho ingerit citoq̃z in colerã rubeã mutat̃. et ideo frebricitãtibꝰ incõueniens est s̃z humectat ventrẽ. pectoris lenit asperitatẽ. tussi tribuit mitigationẽ. Muzum vo qd̃ est int̃ dulce ⁊ acetosum mediũ ad epatis calorem ⁊ stomachi non minꝰ valet q̃z acetosum. sed vim vomituz cõpescendi ac ventrẽ stringẽdi nõ habet. Insipiduz aũt qd̃ est quasi aq̃ sapor ꝓ sui liquoris ⁊ aquositatis copia ad frigiditatẽ ꝑtinet. Vñ est incõueniens ꝑm medicinã ⁊ ꝑm cibũ vel potũ. ꝑm cibum q̃z saporẽ non habet vt a mẽbris corpis attrahatur. ꝑm medicinã q̃z ꝓpter aquositatem nec stomachũ ꝯfortat. nec vomitũ nec solutionẽ ꝓhibet. Idcirco fastidiũ facit stomacho. debilẽ mollẽq̃z ipsum reddit ⁊ cibum in stomacho digeri nõ ꝑmittit. Vñ fit causa rugitꝰ ⁊ inflationis. Malagranatoruz nuclei a succo expressi sunt vtiles ad restrĩgendum vomitũ colericũ et egestionẽ. precipue si assentur eorumq̃z puluis bibatur.

Calorem etiaz stomachi atqz colere rubee acumen extinguunt. Eoz vero cortices frigidi z sicci acterestres sunt, qz si in aqua coquantur z fiat clistere valet contra dissinteriam z diarriã. Itẽ apozima ex eis factũ gingiuas confortat z cõstringit fluxuz sanguinis emorroidaz et mulierũ. Itẽ idẽ cortex i vino coctus z potat9 lumbricos ascarides z cucurbitinos de vẽtre mortuos abijcit. Flos eoz qui balaustia vocat strictioz z siccioz est pdictis omnib9. debet qz aliqñ tulum siccari z in vitreo vase recondi. Est enĩ frigidũ z siccũ in secũdo gradu z seruatur in efficacia p duos annos. Valet autẽ contra vomitũ colericũ z fluxũ sanguinis z ventris ex debilitate vtutis contẽtiue. nã contra vomitũ teranĩ balaustie z coquantur in aceto z spongia intincta ponat sup surculum pectoris. et cõtra fluxum coquatur in aqua pluuiali z fiat fomentuz. Auicenna dicit q corticel maligranati z balaustie vtrũqz retinet omnẽ fluxuz sanguinis cõsolidat plagas z vlcera antiq z fortes efficit dentes motos

De moro

Quus est arboz nota plurimũ vitis amica. Que calidũ deliderat aerẽ aut tempatum. frigidũ vero recusat. loca autẽ querit sabulosa z plerũqz maritima z ĩ mediocriter soluta puenit. sed in tuffo vel argilla vix cõprehendit. stercore aut pingui terra valde letat. Ideoqz inter domos in ciuitatib9 vbi est multa pinguedo plurimũ letatur z magna viriditatẽ efficit. Seri potest ĩ locis tempatis mense martij vel circa finẽ februarij Calidis vero mense octobris z nouembris. Seri autẽ potest semine sed poma z virgulta degenerant. Mdeli9 aũt feritur taleis z cacuminibus z meli9 taleis selquipedalibus ex vtraqz pte lenigatis z fimo oblitis. Et cũ scrobẽ paulo ante fecerim9 ĩmergimus z in cinere terre admixto tegamus nec ampli9 quasi quattuoz digitis supter ram relinquam9 Mplantã robustã transferas mense octobris z nouembris. Tenerã februario z martio. Scrobes deliderat altas z interualla magna, xxx. scz pedũz vel citra ne vna vmbris premat alterius z in radicibus se impediãt. Inserit autẽ in se. et in persico ꝑm quosdã vel fico, que si comprehendat cõualescere bene nõ debz. vlmo etiam insita vt ait Palladi9 cõprehendit sed magne partũrit infelicitatis augmẽta. Fossionibus letat z stercore sed humor assiduus moris pdesse non credit. difficulter crescit nisi fuerit in valdeleto solo z putrida ĩ bis vel arida post trienniũ quotiẽs opus fuerit sunt putanda. Circa Kalendas octobris moris ablaqueãda est z radicib9 ei9. vini veteris feces recentissime infundende Formanda est autẽ vt vno tantũ stipite sit contenta z rami principales circa octo pedes eleuent a terra. Vel plus aut min9 ꝑm q in leto solo fuerit vl exili. vt ĩ leto altiores in exili depressiores fomenĩ Feracẽ letiorẽ qz mori arborẽ aliqui fieri tradiderũt si p foramina bincinde trunco singulos cuneos ĩ seramus terebinti. Accidit preterea nocumentũ magnuz moro vt ei9 impediat augmentũ z fructib9 eius vt inutiles omino fiant si foliis suis spolieĩ. et maxime si non fuerint que in summitatib9 sunt ramusculorum in eis relicte. Vl qõ peius est tipe sũmitates cũ frondib9 sint collecte vt sepe importune nimiũ faciunt mulieres cum eas ꝓpter vermiũ sericorũ escam suscipiũt. Folia que sũt optimus cibus vermiũ colligũtur statim cũ vermes nati fuerint vsqz q a cibo desistunt z incipiunt facere opus suũ fructus autez cum sua nigredine et teneritudine maturitatẽ fatenĩ. Mora duobus sunt modis. aut acria non pfecte matura. aut perfecte dulcia maturata. Acria frigida sunt z sicca. vim habent stipticã. stomachi et intestinoz confortatiuã z ventrẽ constipant. quare huiusmodi siccata multum valẽt ad diarriã et dissinteriã maxime si colerice sint. Item eoz succus valet plurimũ ad gutturũ vel fauciũ aut vue doloẽ. maxime cum salpa z modico zucharo coctus

Matura aūt dulcia modicū ad calorez p
tinent ad humiditatē vero multum quare
cito de stomacho eijciunt. Ventrez hume
ctant ⁊ vrinā prouocant. Si tamē cibum
in stomacho ante se acceptū inuenerint cō
morant cibo resistente ⁊ in corruptionē cō
uertunt ⁊ stomacho ac capiti nocēt. Si ve
ro stomachum vacuū inuenerint bene di
gerunt modicū tamen nutriunt. ieiunis ac
cepta in aqua vel niue refrigerata refrige
ratiua sunt valde sitim auferūt et incensio
nem caloris extinguūt. Radix mori cū aq̄
cocta ⁊ potata ventrē humectat ⁊ lumbri
cos ⁊ cucurbitinos expellit. Si vero fron
des simul cū radice coquant ⁊ aqua eorū
retineat in ore valet ad dolorē dentiuz. Si
aūt cum vino coquant ⁊ gargarismus fi
at valet ad humores ad vuā descendentes
⁊ guttur. Si pistata mori radix ī aceto po
natur ⁊ ad solē diebus. xij. dimittat ⁊ desic
cata redigat in puluerē hic dentes perfora
tos ⁊ putridos euellit appositus. Auicēna
dicit q̄ morum est malū stomacho. corrū
pitur enī in eo ⁊ quādo corrumpit veloci
ter nocet. Et oportet q̄ comedant omnes
species ante cibū ⁊ recipiant in stomacho
in quo nō fit corruptio. Et mor q̄d sallitū
est ⁊ siccatū retinet ventrē vehemēter ⁊ cō
fert dissinterie. Et vi corticis eius fit mūdi
ficatio ⁊ solutio eius est plurima ⁊ in om
nibus speciebus mori est ꝓuocatio vrine.
Et cortex mori est tyriaca iusquiami.

De muniaco

Muniac⁹ est arbor
in quedā que est quasi simil' pruno.
sed est magis nodosa. Et eius fru
ctus est magnitudinis cōmuniū prunoꝝ
sed similis fructui persicorū in forma. Est
tamen valde odoriferū ⁊ in colore aureuz
eius pomuz. Aerē ⁊ terrā desiderat vt pru
nus. solutū tamē solū diligit nō argillā vel
cretam. Serit semine fruct⁹ mense februa
rio ⁊ ianuario ⁊ mense octobris nouēbris
februarij ⁊ martij transplātatur In se vero
⁊ pruno ⁊ persico ⁊ forsan amigdalo p̄t in
seri. Circumfodi debet assidue ⁊ siccis tpi
bus irrigari atq; putrida ⁊ arida in ea reci
di ⁊ vt prunus formari. Min⁹ sunt humi
da poma eius q̄z persica aut pruna. magis
tamē stomachi aut cerebri cōfortatiua cuz
optime matura existūt q̄d eoꝝ color sapor
⁊ odor apte demōstrāt

De mespilo

Mespilus seu nespi
lus est arbor nota. Et ex pomis
eius quedā sunt grossa ⁊ domesti
ca modicū pontica. Et quedam sunt silue
stria pua ⁊ valde pontica. Aerē calidū tē
peratum ⁊ frigidū sustinet. et terraz deside
rat sabulosam pinguez vel glareosam cui
arena pmixta est vel argilla cum saxis Se
ritur mense martio vel nouembri taleis sz
solo stercorato ita q̄ vtrumq; caput talee
stercus obducat. Seritur ⁊ semine sed ī lō
gam sperat etatē. Inserit autē in se in piro
pomo ⁊ spina alba ⁊ citonio. Surculus ta
men eius ex arbore media debet assumi. nā
de summitatib⁹ viciosus est. In trūco scis
so inserenda est. nā corticis macies ieiuna
si in cortice inserat nil nutriet. Albert⁹ aūt
dicit q̄ quando insitio fit de eis super trun
cum alterius generis scz mali vel piri vl' eti
am alicui⁹ spine. tunc fructus eius multuz
excrescit ī quantitate sed nō producit ossa.
quia fructus est in proprio ligno crescens
Ego autē sepe inserui in pirum ⁊ malum
⁊ coctanū ⁊ spinā albā ⁊ non inueni ossib⁹
carere nec in quātitate augeri. Si autē de
ficerent escula id est nespila. in aliqua regi
one expertū est vt dicit Albert⁹ q̄ quādo ī
seritur fragrū persici in truncuz spine ma
gne que est similis fago in ligno et cortice
⁊ vocat spina fagina vulgarit crescūt mes
pila maiora ⁊ meliora que visa sūt. Amat
putari ⁊ circumfodi. fimus ⁊ vitiū cinis si
radicibus infundant eam fertilē reddunt
format vt modicū supra terraz circa quat
tuor habeat stipites vel ramos qui ad exte
riora eleuati tendant ⁊ altitudinē bouz ex
cedant. Si vermib⁹ occupatur stilo eneo

ſm Palladiū ſunt purgandi ⁊ amurca vl̄ humana veteri vrina vel calce ꝑfundendi. ſed parcius ꝓpter arboris noxam vel aq̄ decocti lupini ſed putatur hinc arbor ſteri lis fieri. Si formice infeſte ſunt rubrica cū aceto ⁊ cinere tempata necabūtur. Si poma labūtur fruſtuz de eius radice ꝑciſum in media trunci parte figamus. Meſpila ad ſeruandū legunt̄ nondū mitia. que ⁊ in arbore durabunt diu vel ī viriolis picatis vel in ordinē ſuſpenſa vel cū pendiculis ſemimatura ⁊ aqua ſalſa ꝑ quinqz dies macerata. poſtea ſepe infundant̄ ne enatent. Die ſerena legant̄ ac media et paleis obruantur diſcreta ne ea viciſſim tact⁹ afficiat Seruant̄ ⁊ melle ſi nimis matura collegeris. Ex meſpilis bone ſepes fieri poſſunt ſi ſpiſſe plantent̄ vel virgis ꝓpaginent̄ vl̄ ſpinorum alboꝝ aut coctanoꝝ ꝑ totū ſepibus inſerant̄. Meſpila ſiue eſcula frigida ſunt ⁊ ſicca in primo gradu. proprietatē habēt ſtomachū confortādi. ⁊ colericā egeſtionē ac vomitū auferunt. vrinā prouocant. magiſqz ad medicinā competūt q̄z ad cibum parū eni nutriunt ⁊ groſſum faciunt cibuz Meliora aūt ſunt ſi añ cibū ſumant̄ q̄z ꝑ⁹ cibū. qꝛ ſtomachi ſunt ꝯfortatiua ⁊ neruoſitati eius nō nociua

De mirto

Mirtus eſt frutex ī m littore maris ſup quo mare ſepe exundat ꝑcipue abundans. Aerem querit calidū aut tempatum aut frigidum ſm Albertū. Terrā autā deſiderat ſabuloſam ſolutā macrā ⁊ heremi proprietatem habentē. Serit̄ plantis ab ipſa matre euulſis. Mirtuli qui ſunt fruct⁹ eius frigidi ſunt in primo gradu. ⁊ ſicci in ſecundo. q̄ principaliter cōpetunt medicine ſecundario folia ⁊ flores. Et quāto vo recentiores ſunt fructus ei⁹ ⁊ flores tanto meliores fructus poſt maturitatē collecti in magna efficacia poſt bienniū ſeruant̄ ad ſolez debēt ſiccari flores non poſſunt diu ſeruari ſz folia diutius. virtutē habent conſtringēdi ex ponticitate ⁊ cōfortandi ex aromaticitate Contra vomitū ⁊ fluxum ventris ⁊ ꝓfluuium mulieris ex debilitate virtutis contentiue vel ex humiditate dent̄ ipſi fructus ad comedendū vel ſuccus expreſſus. Det̄ etiam ſyrupus ex ſucco eorū addito zucharo quod optimū eſt contra ꝑdicta. et poteſt ꝑ annū ſeruari ſi bene coquat̄ ſuccus. Si vero nō habes zucharū adde mel. Ex puluere vl̄ ex fructibus decoctis ⁊ albumine oui fiat emplaſtrū circa os ſtomachi cōtra vomitum. ⁊ contra diſſinteriā circa renes ⁊ pectinen ⁊ vmbilicū. fiat etiaz fomentū ex aq̄ fluuiali decoctionis folioꝝ eius circa inferiora ꝓpter fluxum ⁊ diſſinteriaz et ꝓfluuium mulieris. Item fomentū ex hac aqua circa frontē ⁊ timpora ⁊ pedes ſomnum ꝓuocat in febre acuta ⁊ ſoluit dolorē capitis ex caliditate et faſciculi ſummitatū eius in aceto vel aqua pluuiali cocti ⁊ ſup os ſtomachi poſiti refrenant vomitū et ſuper renes pectinem ⁊ vmbilicū valent ꝯ fluxum ventris ⁊ in acuta febre ſoluunt dolorem q̄ fit ex acumine caloris diſſoluentis. Syrupus ex floribus factus miro modo valz ꝯ predicta. Puluis etiā florum eius datus in cibis ad eadē valet. Et vlceribus ſuppoſitus ea conſolidat. Item puluis mirtulorum ⁊ florū eorū in mane ante cibum dat⁹ cōfert laborātibus fetore oris q̄ ſtomachi vicio factus eſt. Auicenna dicit ꝙ retinet ſolutionē ⁊ ſudorē ⁊ omnē fluxum ſanguinis ⁊ omnē fluxum ad mēbra. Et quando cū ea fit fricatio in balneo confortat̄ corp⁹ ⁊ deſiccant̄ humiditates que ſunt ſub cute Item eius oleū ⁊ ſuccus ⁊ decoctio ipſius confortāt radices capillorū. et ꝓhibent caſum ⁊ ꝓlongant eos ⁊ denigrāt ⁊ proprie eius ſemina. Et folia eius ſicca prohibent fetorem aſcellarū ⁊ inguinū. Itē ſedāt apoſtemata calida ⁊ aduſtionē ignis cuz oleo et ſimiliter emplaſtrū ex ipſo fructu et ꝓhibet a veſicatione. Itē emplaſtrum factum ex fructibus eius decoctis in vino eſt conueniens mollificationi iuncturarum. Et eius folia cum in vino decoquūtur ⁊ fit ī

de emplastrum sedant soda vehementem Item sedat obtalmiam et exitum ⁊ cuz co quitur cum oleo sanat eorum apostemata. Item confortat cor ⁊ aufert tremorē cordis. Item confortat stomachū ⁊ pprie robeius.et eius semina phibent cursum superfluitatū ad stomachū. Itē est bonus i prohibendo mēstrua. Itē eiꝰ succus pfert punctureſcorpionis

¶De nuce

¶Vx est a nocendo dicta eo q eius vmbra nocet alijs arboribꝰ nota est.hec arbor nullum recusat aerē neq genus terre licz in pingui soluto solo maior ⁊ letior efficiat Gerunt extremo ianuarij nucibus suis eo more quo serunt amigdala ⁊ eisdez mensibus. Sed quas nouembri disponas aliq̄tenus sole siccabis vt exiccetur noxium virus humoris.quas vero mense ianuarij ⁊ februarij positurus es aqua simplici ꝑdie macerabis. ¶Donētur autez transuerse vt latus id est ipsa carina figatur in terrā. Cacumen ipsum cū in seminario vel alibi nucem componimꝰ in partē dirigimꝰ aquilonis. lapis subtus vel testa vt ait ¶Palladius ponenda est vt radices non simplicet sed repercussa respergat. Transplantat in locis calidis ⁊ siccis mense octobris cū casum foliorū passa est ⁊ melius mense nouembris. In frigidis vo mense februarij ⁊ martij.sed in temperatis vtroq; tpe satis cōmode transplantat. Biennalis in frigidis.et triennalis in calidis regionibꝰ transferat. Radices autē plantaz in bac resecare nō debes.letior fiet si sepius transferatur fimo bubulo ima planta tangenda est. siz melius cinis in locis frigidis ⁊ sabulum in calidis spargetur i scrobibꝰ ne calore stercoris aduratur.nam ⁊ cinis creditur corticis eiꝰ teneritu dinē ꝑcreare ⁊ fructuū densitatē. Altis delectat scrobibꝰ pro arboris magnitudine.⁊ interualla maiora desiderat scz quadraginta vel quinquaginta pedum ad minus.quia stillicidijs foliorum suorum proximis vel sui generis nocebit arboribꝰ. Inseritur autem in se in trunco februarij mense et in pruno.vt ait ¶Albertus. Debet aliquando circumfodi. ne cauafiat vicio senectutis.Et cannalis longus a summo trūco vsq; ad imum tempore veris debet excuti vt beneficio solis ⁊ venti dureſcant. que in putredinē translibant. Formant autem vt sex vel octo aut decem pedibus stipes earum eleuetur a terra ibiq; diuidat i ramos.qui primo sursum deinde pceden te tempore flectentur inferius.et p magna latera se diffundent. Si dura nux erit vel nodosa et stricta et inde nucleum facile auferri non possit corter circumcidendus est vt tandem vicium mali deducat humoris Alij radicū summa precidūt.Alij terebrate radici palum de buxo imprimunt vl'cuneum clauum aut ferreū figunt. Que ꝑbari possunt sed ea inutilia puto ⁊ omi ratione carere Colligunt autem eas perticis excutiendo cum inter nucleum et testā aliqua rubedo apparet.aut cum ab exterioribus corticibus incipiunt posse spoliari.et i aceruum congregantur vt quibusdam diebus elapsis possint a dictis corticibus facile remoueri. Deinde in area duobus vel tribus aut quattuor diebus ſm q̄ sol magis vel minus calidus fuerit dimittantur. vt siccentur et seruabiles fiant. Q, si anteq̄z ad solem ponātur aqua lauentur pulciores ⁊ magis venales efficiuntur. Et cū siccate fuerint vtile erit omnes perforatas et a vermibus occupatas eligere.et ab alijs segregare vt statim rumpantur.et nucleis siccatis seruentur ꝓpter oleum faciendum qui diuturnitate temporis remanentes in testis a vermibus tota consumpti fuissent. Reliquas autem electas seruare. Quas in arena seruandas obrues vel folijs suis aridis.vel in arcba ex suo ligno facta includas.vel cepis miscebis.quod etiā eis acre dinē tollit ¶Marcialis aūt exputi se ait viridesnuces putamibꝰ suis liberatas i melle demergi ⁊ pꝰ ānū viridescē et ipsum mel sic

medicabile fieri vt ex eo facta potio arteri
as curet ⁊ fauces. Ex ligno eius fiunt opti
ma scrinia ⁊ valde pulcra ⁊ durabilia et ce
tera similia vasa ad res gubernandas. Et
fortes rote p currib⁹ ⁊ tenaces diuq3 dura
biles. ⁊ in his opibus excedit omnia ligna
mina que in nostris inueniunt partib⁹ Ex
fructu autē fit oleū cū instrumētis ad hoc
paratis qđ est valde pulcruz et delectabile
crudū in cibis assumptū. Ex vna autē cor
be nucū fit tertia ps nucleoz ex quib⁹ fiūt
xv. libre olei si bone fuerint. alij autez habēt
xviij. libras. Nuces quedā sunt virides q
dam sicce. Virides min⁹ sunt calide siccis
Aliquantulū aūt humiditatis habēt ppt
maturationē imperfectā. vñ paruz sunt sic
ce ⁊ parū sunt stomacho nociue. que man
ducate cū ruta faciunt contra venenū Sicce
vero nuces sunt ꝑm Auicennā in tertio g
du calide. et in ꝓncipio secū di sicce. Et sunt
tripliciter. nā quedā sunt vicine tempori q
fuerunt virides. quedā remote et quedaz
mediocres. Propinque sunt humide mo
dicū vnctuositatis habētes. et q̄nto magis
ab eo dē elongant tempe. tanto magis eaz
būiditas cōsumitur eisq3 vnctuositas do
minatur. Ideo tunc comeste citoī humo
res colericos cōuertunt. Quib⁹ itaq3 vetu
stioz⁹ existentib⁹ ⁊ vnctuositate ipsis nu
cibus multo magis dominātē fit earuz sa
poz quasi vetustissimū oleum et cibi natu
ram amittunt. Nuces villis stomachi sūt
contrarie nisi cū inuenūt stomachuz tem
peratū. aut tantā habere frigiditatē q̄ calo
ri nucuz valet repugnare. Idcirco tali sto
macho fūt boni nutrimenti boneq3 dige
stionis. Sed calidū habētib⁹ stomachuz
pstant vstionem ⁊ in colericos mutant hu
mores acfumosos aut furiosos. capitiq3
dolorem faciūt ⁊ oculoz vertiginē Sed vt
ab eis omne auferatur nocumentuz mun
dari eas necesse est ⁊ per noctem vnā in ca
lidam aquā poni vt partē humiditatis aq
acquirāt fiantq3 quasi virides. nuces si añ
cibum cū ficubus edātur contra rem vene
nosam corpus defendunt. Q, si ex eis ca
thaplasma fecerimus cum cepis melle ⁊ sa
le proficiet morsui canis rabidi. Rursꝰ ca
thaplasma factum ex eis cum ruta ⁊ melle
super apostemata ex colera nigra ea mire
dissoluit. Que etiā cum suis trite corticib⁹
⁊ super vmbilicū posite destruunt aposte
ma intrinsec⁹ corpori manens Corticis q3
vel frondium sue arboris vnū exagiū esu
datum cū vino stranguirie optime subue
nit ⁊ si cum aceto potetur repugnat febri
rigorē habentib⁹. Auicenna dicit q folia ⁊
corter nucis sunt cōstringentia fluxuz san
guinis ⁊ eius corter adustus est desiccati
uus sine mordicatione. Et ei⁹ medulla ma
sticata. id est. nucleus viridis ponat super
apostema melancolicū ⁊ vlcerosum ⁊ con
fert. Itē cū melle ⁊ ruta cōfert torsioni ner
uorum ⁊ facit sodam. et oleū antiquatum
facit euenire gutturis dolorem. Et empla
strum nucis cōfert māmille apostemose.
Et nutrita cū melle cōfert stomacho frigi
do Et cū ficubus et ruta est medicamē om
nibus venenis. Biascoudes ꝓterea dic q
vmbra nucis est valde mala dormientib⁹
sub ea et diuersarū egritudinū generatiua
Et succus corticis ⁊ radicuz eius potatus
subuenit difficultati vrinandi ad q̄ntitatez
vnius exagij ⁊ cum aceto potatus repug
nat febrib⁹ venientib⁹ cū frigore ⁊ rigore
crines tingit ⁊ purificat et prohibet casum
capillorum

¶ De olea

OLea est arbor no
ta. Et eius quidē multe sunt spēs.
quas ꝓpter similitudinē virtutis
eaz monstrare nō expedit. Alē calidū vel
tempatū requirit ⁊ i modice frigido viuit.
sed valde frigidū sustinere non potest Ter
rā desiderat cui glarea sit admixta aut cre
tam sabulonis coniunctione resolutā aut
pinguē sabulonem. Aut terraz nature de
pressioris ⁊ viuide. Cretā autē figuli omni
no repudiat. ⁊ vliginosam ⁊ in q̄ semp hu
moz existit. ⁊ macrū sabulonem ⁊ nudam
glaream. In eis enim q̄zuis cōpbendat

non cōualescit. Et sit⁹ quidē terraꝝ sibi ap
tus est hoc modo ꝙ locis estuosis septētri
onali colle frigidis meridiano gaudet. me
dijs cliuis delectat. In his enī cōtinue pro
pter deflexū stillat ad eā humor quē mltū
requirit ⁊ satis retinet circa radices ei⁹ eo
ꝙ locus ei⁹ non est p̄ceps sed late deuexita
tis neqꝫ imū neqꝫ arduū patit locum quia
in imo nimia est aquositas in arduo pau
ca. Locis calidis ⁊ siccis octobris ⁊ nouē
bris. Frigidis v̄o februarij ⁊ martij mense
plātant que vel pastinis cōstituende sunt.
vel suū locū scrobib⁹ tenere debebūt. Se
runtur aūt aut ex radicatis plātis aut a sti
pitibus euulsis ⁊ ad inferius laceratis aut
ex ramis. pullulat etiā a nucleo sue amur
ce. sed a plātis ⁊ ramis in terrā infixis me
lius cōualescit. ꝓpter qd̄ miratus fuit Vir
gilius ramū oliue q̄ fere siccus videbatur
pullulasse cuꝫ in terrā fuerit infixus. Que
cū ponunt in pastino aut scrobib⁹ decisis
capitib⁹ ⁊ brachijs ⁊ in truncū redacte vs
qꝫ ad mensurā cubiti vni⁹ ⁊ palmi ī fermē
to terre fosse defigant locū palo antea dep̄
mente. Ordei grana s̄m Palladiū subter
iaciant. ⁊ amputet his quicq̄d putridi aut
arentis inuentū fuerit. Et tūc capita earuꝫ
luto velant ⁊ musco vinculis quibuscūqꝫ
constricta. Sꝫ maximū beneficiū est vt ꝓ
ficiat incremēto si ꝑtes rubrica vel alit̄ no
tent quib⁹ opposite steterāt ⁊ cōtra eas sili
ratione ponant. Cū plantant in scrobibus
fiant quattuor vel trib⁹ pedib⁹ late ⁊ duo
bus ꝓfunde. in q̄b⁹ vbi lapides desunt gla
rea misceat ⁊ stercus. Si clausus est loc⁹
modice que ponuntur emineāt supra ter
ram. Si v̄o pecora formidant altiores trū
ci esse debebunt. Si oliuetū instituas sint
a se discrete quindecim pedib⁹ vel viginti
omnis subinde circa eas herba vellatur ⁊
quotiēs se imber infuderit frequentissimis
fossionib⁹ sollicitent. ⁊ subinde ducta a trū
co t̄ra atqꝫ cōmixta in aliquātulo altiores
cumulos congerat. Si aūt fermentarius
est ager ⁊ pinguis quē conserimus oliue
ta inter se quadragenis pedibus distent sꝫ
si macer vicenis quinis cui proderit si ordi
nes in fauoneū dirigant Si ꝓuintia ī qua
plantare desideras indiget oliuetis. ⁊ non
est vnde planta sumat seminariū faciēduꝫ
est vt ibi rami serra incisi in moduꝫ sesqui
pedalem deponātur. inde post quinquen
nium poterit valida plāta transferri. Ple
riqꝫ autē quod facilius ac vtilius est radi
ces olearum que in siluis plerūqꝫ sunt aut
in locis desertis in cubitalē mensurā reci
sas. in seminario si placuerit aut in oliueto
disponunt ⁊ ammixtiōe stercoris adiuuāt
quare ꝓuenit vt ex arboris vnius radici
bus numerosa planta nascat. Inserit in se.
⁊ rami quidez in trunco subtili insiti illico
conualescūt. Hec insitio fit optime per vi
demias vt ait Catho. Colunt autē vt ī sin
gul' mēsib⁹ q̄ sūt in seminario vel scrobib⁹
nouelle pastinent. Cū vero adoleuerint ter
in estate vel bis ad min⁹ fodi eas oportet.
⁊ omnib⁹ herbis circūnascentibus libera
ri. In locis aridis aut tepidis mense octo
bris ablaqueande sunt olee ita vt eis a su
periori parte humor possit induci. omnem
sobolē Columella p̄cipit euelli. Palladio
aūt videt dimitti paucas semꝑ ac solidas
ex quibus vel in vetustate matris loco de
relicta succedat. vel melius nutrita vel ag
geste terre beneficio etiā suas habens radi
ces ad oliuetū faciendu sine seminarij cu
ra transferatur arbustula. Eodē octobris
mense locis frigidis ⁊ exilibus stercorāda
sunt oliueta. muscus semꝑ radatur ab eis
⁊ putentur vt Columella dicit. octo anno
rum etate transacta. Palladio autez vide
tur vnoquoqꝫ anno sicca infructuosa cū
aliqua debilitate nascentia resecari debere
cui magis assentō. Ait etiā Palladi⁹ egre
gie ꝙ hec arbor amat mediocriter ab hūo
re suspēdi. Scalpi assidue letaminis vber
tate pinguescere ventis clementer feracib⁹
agitari. Formatur vt paucos habeat stipi
tes ⁊ parum eleuentur in altum. ⁊ vt per la
tera quantum poterit diffundatur. Acci
dit oleis ex vicinitate aliarum plantarum
plurimum nocumentum eo ꝙ ipsa oliua

plurimo humido indigeat. & ideo quicq̃d iuxta eã plãtatur sibi nutrimentuz subripit & ipsam macilentã facit quare oportet plãtas ppinquas euellere nec ibi aliquas dimittere. Itẽ vult diligẽter custodiri a bestiarum accessu quaz corrosio eã plurimũ ledit nec radat̃ corter eius. quia tũc exudarz & efficeret̃ sterilis & arida. Similiter nocet sibi plurimũ trãsitus quorũ cũqz eo q̃ conculcata terra in trãsitu & indurata nõ permittit ad eã descendere sufficientẽ humorẽ quia fodienda & stercoranda est. Non vult aũt hec arbor irrigari fontib⁹ vel riuis eo q̃ talis aqua grauis est & cito fluit a radice deorsum. sed pot⁹ pluuijs gaudet que aqua vaporosa est & statim fumat in radices eius. Si sterilis est olea gallica terebra pforabis tũc duos frugifere arboris ab australi pte ramos eiusdẽ magnitudinis tolles & stricte in foramen vtrũqz conjicies vl lapidẽ vel pini vel querc⁹ palos et abscisso eo qõ supabit luto paleato curabis occultare. Si sine fruge luxuriauerit oleaster: palũ radicib⁹ eius infige. Q, si fructus arboz leta non affert terebret̃ gallica terebra vsqz ad medullã impressio foramie cui olestri insormis talea vehemẽter arteẽ & ablaq̃ate arbori amurca infusa vel vetus infundatur vina. hoc enĩ modo velut coitu steriles arbores vberant̃. Quas tamẽ durãte malicia inserere oportebit. Mẽse nouẽbri oliua colligit̃ cũ varia esse cepit vel manibus vel excutiendo cũ perticis suauiterne ledant̃ ramusculi Ipsis enĩ lesis sequẽti anno plurimũ fructui derogat̃ ex q̃ pmuz fiet oleum. sed cũ tota nigrescit melioz est & illud qõ spei merito posterauit fundendi vbertate cõpensat. Aristoteles autez dicit q̃ nunq̃z pfecte maturescũt in arboze. etiaz si p multos annos ibi essent sed vt veram & pfectã cõsequãtur maturitatẽ oportet vt bacce colligete d̃ arboze p plures dies i vna cõgerie coaceruent̃. & sic p compressionem mutuam cõfortato calore & retento ad iteriora ad plenã maturitatẽ ducãtur. Plinius vero dicit q̃ q̃z diu in arboze permittuntur tanto meliores fiunt. semp enĩz nouas vires resumunt & difficilius cadunt. Varro scribit q̃ olea de qua fit oleum debet cõgeri et conseruari aceruatim per dies singulos in tabulato vt ibi mediocriter fratescat. ac primus quidẽ acerus dimittur ẽ sex vicibus ad vasa olearia ac trapetas et submittitur mole olearie que est ex duro & aspero lapide. Olea lecta si diu nimiuz fuerit in aceruis calore fratescit. itaq̃z si neq̃as mature conficere in aceruis iactando ventulari oportet. Item scribit catho q̃ oleum ab amurca oportet separari q̃z cito potest. Nam oleũ quanto diutius in amurca steterit tanto deterius est. Item dicit q̃ olea purganda est a frondibus et immundicia omnia anteq̃z oleum fiat. Item scribit Varro q̃ amurca est bui⁹ virtutis q̃ si de ipsa nimis ponatur in agro terram denigrat & sterilẽ facit. sed modicuz ad agriculturam vehementer ptinet. et circa radices arboz infundi solet maxime ad oleã & vbi cunq̃z in agro herba nocet. Ampli⁹ scribit catho. vestimenta ne tinee tangãt amurcã decoquito ad dimidiã ea vngito fundum arche & extrinsec⁹ pedes et angulos vbi ea aruerint vestimenta condito. si hoc feceris tinee non nocebunt. Item ligneã suppellectilem si vnges non putrescit et si cũ ea terseris splendidioz fiet. Item enea omnia vngito sed prius extergito bene. postea cum vti voles extergito splendidioz erit & erugo non erit molesta. Item oleuz si in vas nouuz inducetur⁹ ees amurca ita vti est cruda prius colluto agitatoq̃z diu vt bene combibat. id si feceris vas oleum nõ bibet & oleum melius faciet & ipsum vas firmi⁹ erit. Olive quedã sunt siluestres quedã domestice. Et domestice q̃dã sunt acerbe viridef q̃dã mediocres sc̃z rubee & varie. q̃dam nigre & mature. Acerbe virides nihil vel parum habẽt adhuc vnctuositatis sc̃z aquositatẽ tantũ. & be sunt terrestres & pontice. frigide & licce. vñ sunt stomachi pforatiue et ventris cõstipatiue & ad digerendũ tarde & cor⁹p⁹ q̃si nihil nutriunt. Sed hal oliuas

quidam preparant cum sale ⁊ aceto. Alij cum aceto tantū. ⁊ he fiunt frigidiores ⁊ tenuiores quare colere acumen extinguunt ⁊ virtutem appetitiuā excitant maxime si ī medio prandij accipiātur que virtuti digestiue obedientes stomachū valde ꝯfortāt ⁊ ventrē constringūt. Catho scribit eas optime vsui condi si sale sint confricate diebus quinqꝫ. ⁊ tunc sale excusso si biduo in sole posite fuerint manere idoneas solere easdem sine sale in vase aliquo districtim condere. Nigre quidē mature calide sunt. ⁊ temperate humide. quare cibus earum est multū nutribilis ⁊ grossus mollificans stomachū. tardus ad digerendū ⁊ facil' ad egerendum. Et tarditas quidē digestiōis fit propter vnctuositatē facientē cibum natare in ore stomachi. Facilitas vero egestionis est propter vnctuositatē in stomacho lubricante. Unde priusq̄ꝫ digeratur ex stomacho descendit ⁊ nonnunq̄ꝫ in coleram rubeam cōuertitur. Mediocres vero minus nigris ⁊ acerbis sunt nociue propter vnctuositatis sueqꝫ ponticitatis paucitatē Oleum qd̄ de oleis fit aliud est recens nouiter de olearum fructibus expressum. Aliud vetus quod diu de fructibus manauit Cognoscitur aūt laudabile oleum in odore si est odoriferū. ī sapore si est saporis optimi cui⁹ scꝫ ponticitas in lingua sentitur. acuminis indigens qualitate quia quantum ponticitatis habet tantū frigiditati ⁊ siccitati ꝑtinet et ob hoc stomachū confortat. Proinde antiqui similauerunt ipsum oleo rosato. Illudqꝫ in multis passionib⁹ olei rosati vice dederunt. Oleum quidem recens ex oliuis nigris ⁊ maturis. caliduꝫ et humiduꝫ est mediocriter stomachi mollitiuum ⁊ ventris citoqꝫ in coleram rubeā conuertitur. Quod vero longe ab oliuis maturis fuerit oī carebit malicia q̄ ad aliquid retinebit ponticitatis. sed ablata penitus ponticitate fit nocibile citoqꝫ in malos humores ꝯuertibile. Q, si multo mag̃ inueterauerit vt saporis fiat asperioris ac horribilioris inconueniens erit esui. tamē medicine vtile Uarro scribit cellam oleariam ad partem calidam habere debere fenestras. sꝫ vini ad frigidā

De piro

Pir⁹ est arbor nota. Et eius quidem diuersitates īfinite sunt ⁊ in qualibꝫ ciuitate diuersa inueniuntur pira. Ideoqꝫ infinitate et etiam in vtilitate omissa hoc soluꝫ hic dicere sufficiat ꝙ quedam maturantur mense iunij quedā iulij quedam augusti quedam septembris quedā octobris et quedā tunc collecta et seruata sequenti tantū maturantur estate vt pira ragina. et quedam sunt parua quedā grossa quedam mediocria ⁊ quedā sunt in corpore crocea q̄dam viridia quedam rubea ⁊ quedam edūtur non mitia ⁊ quedam si non sunt mitia edi non possunt et quedam habent durū corticem ⁊ grossum. quedaꝫ lenem ⁊ subtilem et quedā non. et quedam sunt interius lapidosa. et quedam valde dulcia quedam acetosa. quedam stiptica siue pontica quedam insipida ⁊ quedam sunt valde odorifera quedam parum vl' nihil. Hec arbor omnē celi statū patit̄. nā in calido frigido ⁊ temꝑato aere satis ꝯgrue cōualescit et fructum ꝓfert. In macra ⁊ pingui potest terra plantari. Uerū ī macro arido ⁊ cretoso solo poma minora ⁊ duriora erūt ⁊ ipe arbores ꝑue ⁊ quasi vetustate ꝯsumpte. ⁊ maxime vbi salsedo est vel amaritudo terre ad ipsarum radices. in leto aūt pingui et dulci solo. validas arbores ⁊ fruct⁹ nobiles et plurimos cōsequemur. ⁊ maxime si tale solum in lateribus montium vel in planis ꝓpe montes fuerit in quo pirorum arbores sunt plantate. non enī in talibus locis degenerabit hec arbor nec in se aut ī fructib⁹ de facili patietur defectum. In locis autez a montibus multū remotis nimiuꝫ humidis ⁊ aquosis erunt arbores magne ⁊ frōdose. fructusqꝫ ipsarū turgentes et virides aut viuo colore carentes et eorum odor et sapor quodammodo insipidus ⁊ obtusus

Plantari possunt rami piroꝝ vt d̄ oliuis dictum est. et eodē modo. sed quādoqꝫ tardus est euent⁹ et nō ꝑfecte fructificāt. Itez plantātur pira ⁊ nasci quidē necesse est originem suā repetēte natura. sed est hoc expectare homini longinquū ⁊ non domestica sed siluestria nascerētur. Melius ergo est vt piroꝝ plātas radicatas seram⁹ agrestiū vt cū comprehenderint inserātur Spacia vero inter ipsas arbores vt optime conualescant. xxx. pedum esse debebūt. In aridis et siccis locis mense octobris ⁊ nouembris frigidis februario et martio. Temperatis vero viroqꝫ tempe cōgrue pirus plātatur Inseritur conuenienter in piro agresti vel domestico ⁊ in malo in quibus optime ꝓuenit. Item in spina alba et coctano sed in his ad debitū augmentū ꝑuenire non pōt Item in quibusdā alijs arborib⁹ insita cōprehendit sed inutiliter ⁊ ideo hoc obmitto. Potest autē hec inseri arbor sub terra vel supra eā iuxta terrā. vel in altum ꝟm distinctionē traditā in libro secūdo cum ī cōmuni de insitionib⁹ locutus fui. Fit ei⁹ insitio sub cortice ⁊ in trunco scisso. Itē ī amedani vel salicis pertica perforata ⁊ sub terra sepulta. Item ꝑ illum modū qui emplastratio nominat̄ Item ꝑ illū qui dicitur ad buccellū. Horꝝ autē modoꝝ doctrinā sufficiēt in libro secundo ostēdi. Assidua gaudet fossione. ac letaminis vbertate pinguescere. Formatur aūt vt vnū solum habeat stipitē. qui vsqꝫ ad octo vel decē pedes aut plures erigatur a terra ibiqꝫ ramorū diuisio ꝓcuretur. Accidunt piris multa nocumenta que cū eoꝝ curis nominata sunt in huius libri ꝑncipio cū sermonē feci d̄ arboribus in cōmuni. Et colligunt̄ sine periculo si rami debiles altiores cōgruis funib⁹ cum fortiorib⁹ alligent̄. Inferiores vō cuꝫ scalis et scalionibus exonerent̄. Hec ei arbor valde fragiles ramos habet ⁊ casui colligentis expositos. et maxime cū ad etatez decrepitā incipit declinare Pira colliguntur diuersis tꝑibus ꝟm diuersitatez maturationis ipsoꝝ vt tñ estiua tunc legātur cū odore et colore sibi ꝓpo maturitatē portendunt que si duob⁹ aut tribus diebus ante legātur. videlicꝫ apparentib⁹ primis maturitatis indicijs plurib⁹ seruabunt̄ diebus ad vsum q̄ꝫ si sint vltima maturitate collecta. Que vero in fine maturātur autūni per hyemē seruatura octobri mēse legātur sicco tꝑe ⁊ in lune descensu. Seruantur pira si a caducis diligenter electa integra ⁊ ꝓpe dura et aliquanto viridia obruta intra paleas vel frumēta ponātur. in loco tamē obscuro ⁊ sicco. Alij cū tenacibus suis statim lecta picatis vrceis condiderunt ⁊ oribus vasculoꝝ gipso clausis aut pice. ipa sb̄ diuo obruta sabulone texerunt. Alij pira que se non contingerēt in melle seruarunt Itē pira diuisa ⁊ g̃nis purgata in sole siccātur et in frigida aqua salsa manere permittuntur. postea in aqua pura biduo macerentur vel in sappa vel passo et vsui reꝟuātur. Uinum fit de piris si concussa ⁊ saccorarissimo condita ponderib⁹ compriman tur vel prelo. hoc in hyeme durat sꝫ prima acessit estate. Acetuꝫ de piris sic fit. pira siluestria vel asperi generis in cumulo ꝟuantur matura per triduū. deinde mittuntur in vasculū cui fontana vel pluuialis aqua miscetur. et opertuꝫ vas ꝑ. xxx. relinquit̄ dies. ac subinde quantū sublatum fuerit ad vsum aceti tantū aque ad reparationē addatur. Liquamē de piris sic fiet. Pira maturissima cū sale calcātur vbi carnes eorū fuerint resolute. vel in cupellis vel in vasis fictilibus picatisqꝫ claudunt̄. post mēsem tertiū suspense he carnes liquorem dimittunt. saporis iocūdi ⁊ coloris albeduli. Ex ligno piri pulcre assides seu tabule fiunt q̄ optime leuigātur. ex q̄bus multa opa congrue fiunt. Pira quedā siluestria. quedaꝫ domestica sunt. Siluestria frigidiora duriora et sicciora et magis pontica sunt domesticis. Rursus pira quedā sunt acerba pontica. et quedā matura dulcia. Acerba pontica quasi omīa sunt de natura siluestrium et stomachuꝫ confortant ventrēqꝫ constipāt. et sunt frigida et sicca medicine

non nutrimẽto conueniẽtia. Ideoq; oportet ingeniari vt molleſcãt ⁊ aſperitatẽ amittant vt videlicet elirent aut ſuper calide aq̃ fumuꝫ ſuſpendant aut operta paſta aſſentur aut cũ melle condiant. Plateari⁹ dic̃ q̃ pira ſiue cocta ſiue cruda ſint ventrẽ cõſtipant. ⁊ ſi cocta ſunt i aqua pluuiali ⁊ poſita ſup os ſtomachi compeſcũt vomituꝫ ex colera. ⁊ ſuppectinẽ fluxuꝫ ſanguis conſtringunt. Pira dulcia matura tempate cõplexionis ſunt quia min⁹ ceteris frigida ſunt. quapropter calefaciũt ⁊ augent digeſtionem valentq; in his quorũ ſtomachi frigidi ſunt ⁊ ſicci. Habẽt aũt pira pprietatem q̃ ſi cũ fungis coquant omnẽ auferũt leſionem p̃cipue ſi ſilueſtria ſunt ppter põticitatem ſuã. Cinis arboris piri agreſtis bibitus in his qui fungoꝝ ſunt comeſtiõe ſuffocati multũ valet. Frondes piroꝝ ⁊ rami ſtiptica ſunt ſolũmodo. ſed piroꝝ ſtipticitas cũ aquoſa dulcedine mixta eſt. Auicenna dicit q̃ pira ſilueſtria exiccata conſolidant vulnera.

¶ De pruno

Prunus eſt arbor nota. Et ei⁹ quidẽ diuerſitates ſũt quia quedã eſt domeſtica ⁊ q̃daꝫ ſilueſtris. Domeſtice quedã faciũt pruna alba quedã nigra quedã rubea. Herẽ deſiderat tepidũ principaliter. et frigiduꝫ ſatis cõmode ſuſtinere poteſt. loco gaudet leto ⁊ humido ſimiliter lapidoſis ⁊ glareoſis iuuatur locis letamẽ reculant. quia ex ẽ fructus permiculoſos ⁊ caducos faciunt. Seruntur oſſibus ſuis autumno mẽſe nouẽbri ſolo putri ⁊ ſubacto. duobuſ palmis vl̃ minus obruant oſſa eadẽ ponant et februario. ſed tunc ſunt p triduũ liquido macerãda vt cito germiare cogant cui rei pderit ſi in ſeminario nutriant vt poſtmoduꝫ ela p̃ſo biennio tranſferant Pponãtur eiſdem menſibus ⁊ plantis quas ſumem⁹ ex radicibus aut cortice matris radicibus cũ ponuntur ſimo oblitis. hec arbor non multũ pfundas querit ſcrobes quia non multũ in profundo radices figit nec multum magna ſpacia quia ſe inuicez parum impediunt. Inſeritur in ſe in perſico ⁊ amigdalo. ſed eam degenerẽ reddit ⁊ paruã ⁊ in ſe recipit amigdalũ ⁊ malum ſm quoſdam. et muniacũ. Extremo martio fit eius inſitio vel menſe ianuarij anteq̃ gumma eius incipiat lacrimare. Sed ego etiã mẽſe februarij expertus ſum ſepe optime puenire Iuuatur frequenti humore ⁊ aſſidua foſſiõe extirpande ſunt a radice ſoboles. exceptis rectioribus que ſeruabunt ad plãtas. Formatur autẽ vt vnũ ſolum habeat ſtipitem non multũ eleuatũ a terra. Si languida ẽ arbor pruni amurca cũ aqua equaliter tẽperata radicibus eius debet infundi. vel cineres ex furno ⁊ maxime ſarmentoꝝ. Si poma decurrant oleaſtri opirum terebrate infige radici. Si vermes aut formicas patitur cureꝫ vt ſupra in tractatu cõmuni de arboribus dixi. Pruna ſiccanti ſole ſciſſa in tribus vel quattuor pribus circa oſſa Alij in aqua marina vel in aqua feruente recenter lecta pruna demergunt ⁊ inde ſublata in furno faciũt aut ſole ſiccari. Ex pruniſ fiunt optime ſepes ⁊ vtiles. q⁹ ſua ſpiſſa pullulatione ſpiſſas eas ⁊ fortes faciunt ⁊ fructum abundãter pbent. Et cũ duob⁹ vel tribus aut quattuor annis inciduntur quibuſdã rarioribus derelictis multos pparant vinearũ palos ⁊ igni ſatisfaciũt abundanter. Sed vt diuerſaꝝ prunoꝝ ſufficiens habeatur p ſepibus faciendis copia: nihil erit vtilius q̃ tempe maturitatis eaꝝ pueros ad forum ⁊ ad plateaſ mittere vbi vendunt. et a perſonis vilibus comedunt qui omnia oſſa cuiuſlibet generis inuẽta colligunt. ⁊ hec ſiccata ſup̃dictis temporibus plantanda ſeruãtur. Ex quib⁹ quattuor vel vſq; ad ſex ſimul in ſeminario poni poſſunt vt cum cõualuerint ad farinas ſepium trãſferant ⁊ ſulcos. Pruna paruꝫ nutriunt ⁊ alba quidẽ dura ſunt ad digerẽdum. ſtomacho nociua ſed exiguꝫ ſoluti ua. Ideoq; cuꝫ ſint groſſa non debent comedi niſi grandia ⁊ pfecte in arbore matu

rata. Et pruna nigra quedã sunt domesti-
ca quedã agrestia Rursus domestica que
dam sunt nigra pfecte maturata et dulcia
quedam cruda siue acerba dura viridia ⁊
pontica ⁊ quedã rubea scz media inter ea.
Nigra pfecte matura ⁊ dulcia minus sunt
frigida ⁊ magis humida. nã eoꝝ frigiditas
est in initio primi gradus. humiditas vero
in fine. Platearius tñ dicit ꝙ sunt frigida
⁊ humida ĩ secundo gradu. Et Auicenna
dicit ꝙ sunt frigida in principio secundi. et
humida in fine tertij stomachũ humectãt.
ventrẽ molliunt et colerã rubeã soluunt et
pijciũt. tamen si eis nimiũ vtamur stoma-
cho nocẽt. Cruda vero dura viridia ⁊ pon
tica pessima sunt in medicina ⁊ cibo. Bu-
rum enĩ stomacho valde nociuũ est et mi
nime nutrit atqz fatigat. Ruffa vo magis
sunt frigida ⁊ minus humida. Agrestia ni
mis stiptica sunt. ideoqz valent ad dyarri-
am ⁊ dissinteriã. et quidaz ea matura colli
gunt ⁊ scindunt ꝑ mediuz ⁊ ad solẽ siccant.
aceto aspergunt ⁊ in vase reponũt. et ꝑ ma
gis q̃z sicca virtutẽ infrigidandi habent et
intestina leniendi. Uñ valent in acutis fe-
bribus ⁊ in acutis egritudinibus ⁊ ad ven
tris constipationẽ ex humore colerico. Et
si sunt viridia dent ad edendum. si sicca co
quãtur in aqua ⁊ pruna comedãtur ⁊ aq̃
bibatur. Auicenna dicit ꝙ gũma eius est
subtiliatiua ⁊ incisiua ⁊ glutinatiua. ⁊ con
solidat vlcera. et cũ ex folijs prunoꝝ collini
tur os ꝓhibet fluxum fieri ad vtrãqz ami
gdalã ⁊ vuã Et gũma ẽ bona ꝓ scriptoribꝰ
vt dicit Isidorus

¶ De persico

Persicus est arbor

Pnota cito tñ crescit ⁊ ꝑuo tempore
viuit. Locis q̃buscunqz ꝓueniunt
sed pomis ⁊ frondibꝰ ⁊ durabilitate preci-
pua sunt si celũ calidũ solũ arenosum ⁊ hu
midum sortiãtur. Frigidis vero ⁊ maxime
ventosis intereũt nisi aliquo defendantur
obiectu. Mense nouẽbris in locis calidis
ceteris vero ianuarij persici ossa ĩ pastina
tis areis sunt ponenda binis vel vno a se
pedibus sepata. et cum ibidẽ plãte excreue
rint transferãtur ⁊ non amplius q̃z duobꝰ
palmis vel tribus ſm Palladiũ obruant
Bũ tenera sunt germina herbis ꝑsepe cir
cumfossa liberent. plantã bimã recte trans
ferimus breui scrobe nec a se longe statuẽ
de sunt vt inuicẽ a se calorẽ solis excutiant
Ianuario vel februario locis frigidis No
uembri calidis ꝑsicus inserit. maxime circa
terrã surculis plenioribꝰ ⁊ ꝓpe arborẽ seu
stipitem natis. Naz cacumina vel nõ tene
bunt vel diu durare nõ poterunt. Inserit ĩ
ĩ amigdalo ⁊ pruno. Aprili mẽse vel maio
locis calidis. In italia vero maio existẽte
vel iunio persicus inoculari potest qđ em
plastrari dicit preciso đ super trunco ⁊ em
plastratis plurimis gẽmis eo modo quo
dictũ est. Ego aũt inueni insitionẽ ĩ pruno
factã mense februarij optime ꝯualere. Ob
laqueãde sunt ꝑ autũnũ et suis folijs ster-
corãde Itẽ putãde sunt vt putrida ⁊ arida
tãtum virgulta tollãtur. nã si aliquod viri
de resecemus arescunt. vt Palladius ait.
Sed apud nos experientia ꝯtradicit imo
si rami virides loco incongruo nati tollũ
tur pulcrior et melior efficit arbor. sz forsan
in sua regione loca erãt nimis arida. Hec
arbor ardore solis arescit et ideo tumulet
aggestione frequenti vespertino iuuet hu
more. et obiectis defendat vmbraculis. vt
idem Palladius dicit. Qđ intelligo in lo
cis nimiuz calidis et siccis quia in nostris
ꝑtibus temꝑatis non eget. Unũ solum sti
pitem habere debet a terra modicuz eleua
tum. Languenti arbori veteris feces vini
aque mixtas oportet infundi. Contra pru
inas stercꝰ ingerat persico vl' vt modo dixi
mus feces vini cũ aqua permixte vl' quod
magis prodest aqua in q̃ faba decocta est.
vt idẽ Palladiꝰ scribit. Si vermes patitur
cinis amurce mixtus eos extinguet vel bo
uis vrina cum aceti tertia ꝑte confusa. Si
poma caduca fiunt radici eius nudate vl'
trunco lentisci vel terebinti cuneus. vt ait
Palladiꝰ affigatur. vel terebrate ĩ medio

palus salicis imprimat. Si poma rugosa creabit aut putrida circa imū truncuz cortex recidatur ⁊ cū inde modicus humor effluxerit argilla vl' paleato luto plaga tegatur. Cōtra vicia persici fertur ꝓficere spartea ad ramos suspensa. Persica seruant. si detractis ossibus melle condiunt ⁊ saporis fiunt iocundi. Itē seruari dicunt si vmbilicum eius gutta picis calentis compleueris ⁊ in vase clauso reponas Persica frigida ⁊ humida sunt in secundo gradu. flegma generant ieiuno stomacho sunt edenda ⁊ post vinū vetus odoriferū est potandum. Persica diuidunt in duo. Quedaz enī sunt grossa mollia ⁊ hec sunt magis aq̄sa scz frigida ⁊ humida Et quedā sunt parua solida ⁊ dura. ⁊ h̄ sunt magis terrestria scz magis frigida ⁊ q̄dammodo sicca ⁊ maxime si non fuerint ꝑfecte in arbore maturata aut fuerint omnino acerba et cruda. Frondiū eius succus potatus lumbricos cucurbitinos eijcit. idez facit si ex eo catha/plasma feceris vmbilico. Et s̄m Auicēnaz succus foliorꝫ eius in aurē immissus vermes interficit. Matura sunt bona stomacho. ⁊ in eis est virtus faciendi appetitū cibi Et oportet quidez vt non comedant post alium cibū quoniā corrumpunt post euz. et corrumpunt ipsum sed ꝑcedāt añ cibuz. Et sicca sunt tarde digestionis ⁊ non boni nutrimenti. q̄zuis sint multi nutrimenti. Et matura leniunt ventrem. ⁊ immatura constringunt

¶ De palma

Palma est arbor ferens dactilos aerē desiderans calidum aut tempatū. nā in climate calido ante hyemē maturat fructū. sz in frigido quod est quintū vel sextū clima non maturat nisi post hyemē ad principiū veris aut estatis anni sequētis. Sed circa septimum pullulat sed ꝓpter frigus nō conualescit Sed est verius dicere q̄ nec ī sexto climate viuat ⁊ in quinto difficile. Terraz solutā ⁊ sabulosam requirit. nā constat locum nullis prope fructibus vtilez in quo palme sponte nascunt. Seritur plātis ap̄li mense vel maio ita tamen q̄ q̄n plāta ponitur circa eā vel sub ea terra pinguis fundatur. Item serit mense octobris semīe siue ossibus dactilorꝫ non veterū sed recentium ⁊ pinguiū in cui⁹ seminario terre cinis miscendus est. Notanduz est tamen q̄ ex vno nucleo vix vnq̄z palma crescens cōualescit. sed poti⁹ ex multis simul positis. Et hoc ideo est quia plantula que ex vno orit adeo debilis est q̄ truncū qui arborez portare posset facere non potest. Multe autē plante simul exorte ⁊ ꝓpter compressionez sibi inuicē continuate ꝑficiunt illius arboris truncū. Adhuc cū nuclei ⁊ semina aliarum plantarꝫ habeāt virtutē pullulatiuaz. quedā in summo quedā in imo quedaz in circuitu ⁊ quedā in medio. nucleus palme qui est os dactili habet quasi a dorso suo. ⁊ ibi est foramen strictū ⁊ aliquantulū longum ꝑ quod germen suū egredit. Quare optima plantatio ei⁹ est q̄ hec ossa ī sacculo lineo in sabulo ponant. et quantuz fieri potest foramen vnius foramini alteri⁹ applicetur. vt plantula vni⁹ fortiter penetret plantā alterius. ⁊ tunc vires multarū coniuncte ꝑfectiorem facient arborē. Palma enī vnius virtutis non ꝑficit. tum propter sexum q̄ in ea est distinctior q̄z in alijs plātis. tum etiā ꝓpter ligni debilitatē. Iterum palma masculus nunq̄z facit aliquem fructum. sed plantat⁹ masculus ꝓpe feminaz inclinat se ad eam. ita q̄ tangūt se rami maris ⁊ femine. et comp̄mit bifurcatio ramorum femine ramos maris. ⁊ tunc perfecte palme recedunt a se inuicē. et tunc femina concipit non substantiā aliquā emissam a masculo sed virtutē ipsius. Similiter aūt hoc ostendūt opera rusticorꝫ. quoniā cuz longe ab inuicē sunt plantata masculus ⁊ femina abstrahūt ramos masculi ⁊ ponūt super feminā. ⁊ illa in suis furcis comp̄mit eos ⁊ concipit ex eis. Cū autē stat femina fructu onusta per ventū qui spiritū et humorem masculi ducit super fruct⁹ femine

maturant fructus. Non aūt est arbitrādū q ista impregnatione ⁊ maturatōe femīa indigeat qñ ex pluribꝰ seminibꝰ planta cōualescit. qꝛ tunc plures masculos in vtute et substātia in se habet. Annua vl' bima debet transferri mēse iunio et iulio inchoāte circūfodiat assidue vt irrigatione ꝯtinuos estatis vincat ardores. aquis aliquatenus salsis palme iuuant. Si egra est arbor feces vini veteris oblaqueate oporꝫ infundi. vl' radicū supuacua capillamenta decidi. vel cuneū salicis interfossis radicibꝰ imprimi. Hec arbor difficile crescit ⁊ longissimo tempe viuit ⁊ añ centū annos fructus non facit. vt dicit Plinius. Et est sciendū q fructus dactiloꝝ nō ꝑ cotilidones depēdet a ramis eiꝰ. sed potiꝰ habens sedes q̄sdam in quibꝰ immediate sup ramos cōsistunt Et qd mirabile est in vna siliqua profert fructus suos ⁊ ramulos in q̄bꝰ fructꝰ sui consistūt que siliqua nō in supiori ꝑte aperit sicut fit in siliqua rose ⁊ lilij et aliorū multoꝝ florū sed aperiunt inferiꝰ ex ꝑte rami. ⁊ cadūt postq̄ꝫ exiuerūt dactili et rami sup quos sūt eo modo q̄ aperit siliqua papaueris ⁊ porri. In supremo aūt cacumīe habet hec arbor capsam in qua est substantia mollis q̄ multū succedit ad substantiā dactili que cū abscindit palma arescit Dactili calidi sunt ⁊ humidi in secūdo gradu grossi sanguinis generatiui ⁊ difficiles digestioni. ficubꝰ tamē siccis sunt digestibiliores ⁊ magis vrinā ꝓuocātes sꝫ illis assuetantes epatis ⁊ splenis cōstipationeꝫ duriciem ⁊ grossiciē ⁊ tumorē patiunt. gingiuis ⁊ dentibus sunt nociui et dolorem in ore stomachi faciunt

De pino

Pinus est arbor p nota q̄ credit ꝓdesse omnibꝰ q̄ sub ea sunt. Amat locū gracileꝫ sepe maritimū inter mōtes et saxa vastior ⁊ ꝓcerior inuenit. Ventosis ⁊ humidis locis arboꝝ fiūt incremēta letiora. sꝫ huic generi deputabis ea spacia vel mōtes q̄ alteri vtilia esse nō possunt. Exarabis autez ea loca diligēter atqꝫ purgabis atqꝫ frumēti more semen asperges ac leui sarculo curabis operire nec plꝰ q̄ꝫ palmo debꝫ abscindi et nata nō trāsferunt quia nō facile comp̄hendunt ⁊ vix crescūt nec aliquo tpe īcidātur quia moriunt ⁊ loco rami seu radicis īcise alie non nascunt. Seritur igit nucleis suis aqua ꝑ triduū maceratis calidis ⁊ siccis regionibꝰ mense octobris vel nouēbris frigidis vo ⁊ humectis februario ⁊ martō Aliqui dicūt fructū pineuꝫ trāslatione mitescere. sed illi plātas hoc modo procurant vt prius multa semina in caliculis terra et fimo repletis obruunt q̄ ibi ꝓcesserint relicto eo qd solidiꝰ est auferunt alia. vbi iustū ceperit incrementū trimā plantā cuꝫ ipsis caliculis transferūt quibꝰ fractis in scrobe indulgent radicibus largitatē terre. tamen eque stercꝰ admiscēt. Seruandū est autez vt radix eius que vna est ⁊ directa vsqꝫ ad summitatē eiꝰ possit integra ⁊ illesa trāsferri. Defendēda est arbor tenera a pecore solum ne calcet inualida. putatio pini nouellas arbores tantū ꝓmouet vt sperata īcrementa duplent. Itē fert q sub eiꝰ cortice nascunt facile vermes qui lignū corrodunt ⁊ destruunt. ⁊ ideo longiori tpe durat si sepe corticibꝰ spolietur. Nuces pinee vsqꝫ ad mēsem nouēbris in arbore esse pñt Maturiores pinee legent prius tñ q̄ꝫ patescāt nuclei q̄ nisi purgati durare non possunt. tñ aliq̄ in vasis sictilibꝰ nouis ⁊ terra repletis cuꝫ testis suis asserunt custodiri. Pinea calida et humida est in secundo gradu. Et ꝑm Auicennā est calida ⁊ humida in tertio g̃du. Optimꝰ cibus est laborantibꝰ in spūalibus ⁊ apostemate ex frigido humore. asmaticis ⁊ sicce tussientibus. Ethicis ⁊ consumptis sanguinē augmentat. libidinem incitat. ꝑ se potest dari vel cū syrupo vl' cuꝫ electuario vel in cibis. Cōtra tussim valet cortex exterior cum primo pinea ab arbore sumit ⁊ decoquatur bñ in aqua. et postea super carbones ponatur vt patiēs fumuꝫ recipiat

De pipere

Piperis arbor par
pua est ⁊ nascit ⁊ optime fructificat
sub cancro ⁊ in primo climate vbi
est multa adustio solis ⁊ p̄cipue in monte
caucaso. vt dicit Isidorus. Dicit etiā q̄ ei⁹
siluas serpentes custodiūt. sed incole illius
regionis tp̄e maturitatis siluas incendūt.
et serpentes fugiunt. ⁊ ideo grana piperis
que naturaliter alba erāt efficiuntur nigra
⁊ rugosa Sed diascorides dicit q̄ saraceni
collectū ponūt in clibano vt virtus gene-
ratiua auferat ⁊ non possit in alijs partib⁹
mūdi seri. In locis etiā temp̄atis nascitur.
sed in eis fructū non facit. ⁊ ideo apud nos
ipsius plantatio ⁊ industria nulli⁹ existit
vtilitatis. Piper calidū ⁊ siccum est in ter
tio gradu. virtutē habet dissoluendi ⁊ con
sumendi. puluis eius naribus apposit⁹ ster
nutationē p̄uocat ⁊ cerebrū a superfluita-
te fleumatica mundificat. Vinū decoctio
nis eius ⁊ ficuū siccarum spiritualia mun
dificat a glutinoso humore. ⁊ miro modo
valet contra asma frigidū. Puluis etiam
eius cū ficubus datus digestionē ꝯfortat.
Sanguineis ⁊ colericis non est vtil' vsus
piperis. dissoluit enī et quādoq̄ inducit le
pram. Itē puluis eius super carnē positus
eam corrodit. Auicenna dicit q̄ cum melle
positus in palato est cōueniens ad squinā
ciam. ⁊ pulmonē mundificat. Cū aceto bi-
bitum ⁊ linitū est bonū apostematib⁹ sple
nis. Itē p̄uocat vrinā ⁊ eijcit fetū ⁊ post co
itum corrūpit fetū cū fortitudine

De quercu rouere et cerro

Quercus rouer et
cerrus sunt arbores magne q̄ sūt
fere eiusdē nature. multāq̄ simili
tudinez habēt in soliditate ⁊ duricie ligno-
rum ⁊ forma folior̄ ⁊ fruct⁹. Nā omnes p̄
ducunt glandes omnesq̄ p̄fundas mltas
⁊ magnas radices faciunt. sed in arboris
forma differūt. Nā quercus breuē facit sti
pitem ⁊ ramos magnos ab omni p̄te dif-
fusos. Rouer stipitē facit directū et altum
cum paucioribꝰ ramis. Cerrus v̄o stipitez
facit longissimū ⁊ valde rectum ⁊ paucos
ramos. He arbores solidā terrā aut medi
ocrem querūt ⁊ montuosam vel mōtibus
p̄ximam. Resolutā vero ⁊ aquosam ⁊ pre
cipue sabulosam fugiunt. Serunt glandi
bus suis in seminario vel in cāpis vl' ripis
fossator̄ positis mense ianuarij ⁊ februarij
vel etiā mense nouembris. Colligunt etiā
glandes tp̄e quo mature ab arbore cadūt
⁊ ad solem siccate seruant p̄ cibo porcorū.
quibus est valde ꝯueniens cibus. Omēs
p̄dicte arbores laborerijs sub terra diu du
rabiles competūt. supra terrā vero rouer ē
optima. cetere minus bone Glandes frigi
de sunt in primo gradu. sicce in secūdo. nō
vtimur eis in cibis hominū sed porcorum
quia sunt digestioni inobediētes ⁊ ventrū
constipatiue ⁊ ideo valent dissinterie et vl-
ceribus intestinor̄ et fluxui sanguinis sed
tamen vrinā p̄uocant ⁊ corp̄is sunt nutri-
tiue quasi quedā grana. tardeq̄ de stoma
cho descendūt ⁊ capitis dolorē faciunt pro
pter fumum ear̄ ex stomacho ascendētem
Sed ei⁹ sup̄ficies multū est stiptica ⁊ simi
liter ipsar̄ arbor̄ galle. vnde valent ad san
guinis fluxū mulierū. Item apozima eor̄
cōuenit intestinor̄ vulnerib⁹. Puluis eti-
am eor̄ combustor̄ in loco vulneris imis-
sus humores putridos fluentes desiccat.
Auicenna dicit q̄ folia ear̄ sunt vehemen-
tis stipticitatis. ⁊ fruct⁹ quidē glandis cō-
fert in p̄ncipio apostematib⁹ calidis Folia
p̄terea glandis faciūt coherere plagas cū
terunt ⁊ puluerisant desup̄. ⁊ galle ipsar̄ li-
niunt cū aceto sup̄ impetiginem ⁊ auferūt
eā. Et puluis ear̄ spargit sup̄ aquā ⁊ bibit
ad vulnera intestinor̄ ⁊ ad fluxū antiquū
⁊ similiter qn̄ ponit in medicinis ꝯueniēs
est ad hāc operationē

De sorbo

Sorbus est arbor
nota cui⁹ fructus duplex est. vide
licet p̄uus rotūdus. ⁊ h̄ ex femina

ꝓducitur.vel maior parū long⁹ et acutus qui ex masculo ꝓcreatur.Amat loca būida ⁊ frigidis prima ⁊ in montib⁹ vl̄ locis proximis montib⁹ magis q̄z in vallib⁹ remotis a montib⁹ delectat.Solū pinguissimū desiderat cui⁹ indiciū certissimū facit si frequēs vbicunqz nascat.mēse ianuario ⁊ februario ⁊ martio locis frigidis.Calidis vero octobris ⁊ nouēbris sorba serūt egregie.ita vt matura in seminario ipsa poma panganť.Plantas etiā si quis ponere voluerit habebit arbitriū dūmodo locis calidis mense nouēbri.tempatis ianuarij ⁊ februarij.frigidis martio inclinātē disponat Plāta est trāsferenda robustior scrobes desiderat altiorē ⁊ spacia largiora vt qō illi maxime ꝓdest a ventis frequēntibus agitata grā delcat.Mēse aprili vl̄ vltimo martij sorbi inserunt in citonio ⁊ in spina alba licet in ea pua ꝓueniat sub cortice ⁊i trūco.⁊ vt puto etiā in malis competēter inseri potest. Gaudet irrigatione tpib⁹ siccis ⁊ assidua fossione.Formāda est vt vnum solū habeat stipuē circa decē pedes vl̄ duodecim eleuatū a terra.Si vermes patiat infestos qui i ea rufi ⁊ pilosi solēt i intima medulle secare aliquos ex his absqz arboris iuria detractos incēdio vicino cremari debere Palladius ait.quo igne alij credunt fugere vel perire Sorba seruantur Bmodo.lecta duriora ⁊ posita vbi mitescere ceperint fictilibus vsqz plenum clauditur viceolis gipso desuper tectis ⁊ bipedania scrobe loco sicco sub sole mergunt ore perverso.et desup spissi⁹ terra calcat.Itē secta ꝓ tres ptes siccātur in sole ⁊ seruanť vel per mediū diuisa siccant.Cuz volueris vti aq̄ feruenti macerata reuirescūt sapore iocundo.Aliqui cū pediculis suis viridia lecta suspendūt locis opacis ⁊ siccis. Ex sorbis maturis fit vinū sicut ex piris.Lignum sorbi est solidū non corrigineū sz facile frangibile quare optime leuigat. Ideoqz valde conueniēs est opibus vasoz scrineoz ⁊ assidum que superficiē tersam ⁊ politā req̄runt Rubeū tamen habz lignū.Sorba frigida est ⁊ sicca ventriscz ꝓstipatiua etiā si sit perfecte matura

¶ De zezulo

Zezulus est quedam arbor pua multuz scabrosa Cui⁹ folia multa quasi in vno ramulo sunt connexa.simulqz tpe hyemis ab arbore cadūt.Ei⁹ fructus silis est bacis rosaz vel fructui oliuaz vnū tantuz habet os.Eiusqz lignū est interi⁹ rubeū valō pulcrum et solidū.Ideo fiunt ex eo musica instrumenta ⁊ p̄cipue cythare que fiūt ex eo optime.Aere desiderat temperatū nec frigus formidat. Et in terra pingui ⁊ soluta letatur.Seritť nucleis suis i seminario mēse nouēbri ⁊ februario satis ⁊ diligēter nutritis.que cū cōualuerint biennio vel triennio transferunť.Seritur etiā plātis super radicib⁹ matris natis.Inseri eā posse puto in spina alba ⁊ forsan in pruno mense februarij ⁊ martij scisso ligno.⁊ formatur vt vnū solū habeat stipitem p lex pedes vl̄ circa eleuatuz a terra. Colliguntť autē zezula vindemiaz tempe quādo rubedinē vl̄ varietatem ostendunt.que quidem satis sūt delectabilia ad edendum. modicū tamen nutriunt

¶ De zanipro

Zanip⁹ est arbuscula pua satis nō q̄ aerē calidū et tēpatū desiderat.⁊ terram areno sam solutā ⁊ fere sterilē.⁊ maxime oritur et fructificat in littore maris aut i montibus quasi sterilib⁹.in quib⁹ est terra soluta que lima vocať.In locis valde aquosis ⁊ vallibus nō viuit.quia nimia humiditate corrumpiť ⁊ nutrimēto sicco ⁊ humido sustētatur.Hui⁹ arbuscule due sunt species.videlicet mascula que in altuz erigiť et valde modicū fructū facit.et femia que iuxta terram quasi serpēdo ramos expādit q̄ miro modo quasi toto tpe anni fructificat.⁊ fructum maturat. Itē est tertia species valde pulcrior ⁊ melior, cui⁹ fructus est rubeus

et grossus vt pua cerasa.sed fructus supio
ris speciei est niger ⁊ puus.Hec arbustula
siluestris est ⁊ in dictis sponte nascit locis.
Tamen si quis eā plātare desiderat nucle
is suis serat.vl plātulis eradicatis de loco
matris quo voluerit trāsferat.nec eius ra
dices multū sub terra demergat q̄ nec fossi
one leta nisi loc⁹ fuerit nimis adust⁹.mē
se februario vel martio est serēda. ¶Mutari
aut formari non eget nisi forsan q̄s mascu
lam velit ppter voluptatē aliquā in altum
extollere.Colligit eius fructus cū successi
ue sua nigredine vel rubedine maturitatē
fatetur.Eius lignū rubeū pulcrū ⁊ quod
ammodo variū est et odoriferū.cōpetitq;
verubus que suuz saporē carnib⁹ in ipsis
assatis cōferre dicunt.fiunt ex eo coclearia
satis pulcra.Fruct⁹ eius calidus ⁊ sicc⁹ est
⁊ multū valet cōtra frigidam tussim come
stus ⁊ in vino coct⁹.si vinū bibat ⁊ ipē fru
ctus edat ¶Remi eius cū fructu ⁊ frondib⁹
in aqua vel vino cocti ⁊ in vase ex mussa i
fecto cū ipso vino vel aqua calidissima po
siti ⁊ obturato vendone in eodem agitati
vasa mirabiliter liberant.ipsiq; saporez et
odorē laudabilē pstant

¶Incipit alia pars huius quinti
libri De arboribꝰ non fructiferis
et de omni vtilitate ipsaꝝ

¶Sufficienter
dictū est supra de arbo
ribus fructiferis ⁊ ō cul
tu ⁊ vtilitate ipaꝝ. Nūc
autē dicetur breuiter ō
nibus arboribꝰ ⁊ fru
ctibus infructiferis que
reperiūtur in ptibus nostris.et de vtilitate
ipsaꝝ ꝑm eundē ordinē alphabeti

¶De abiete
¶Abies piella et are
a re quasi eedē arbores sunt.nō eni
colunt.⁊ in alpibus ⁊ locis nimo
sis magne valde pueniūt. et omnes miro
modo directe in altū extollunt.Frōdes vi
rides omni tempore habent Ex ipsis fiunt
arbores ⁊ antēne magnarū nauium .qui
bus nulle alie arbores sufficere possent.op
time sunt omnibus operibus liccis edifici
orum.quia leues et rigide ⁊ diu durabiles
sunt.et assides facte ex eis vbiq; plurimuz
domū exornant.Fiunt etiam ex eis vasa vi
naria tam magna q̄z parua.sed in eis faci
le mutatur in acetum.Sed arexe precipue
competunt situlis in quibus aqua defertur
Nam abies ⁊ piella p̄ē facile viciant.

¶De amedano
¶Amedan⁹ que al
a nus vocatur est arbor que nō co
lunt .sed in locis palustribus et
aquosis precipue delectatur.Fabricis inu
tilis est sed necessaria si humidus loc⁹ fun
damentis palandus est.Nam sub terra ili
co radices viridis infixa emittit.et in gross
sata ex pluribus palis prope positis et in
vnum corpus redactis fortissimum ⁊ diu
durabile fundamentū facit. Item ex ea cō
uenienter incisoria fiūt ⁊ parapsides q̄bus
rarissime accidūt crepature

¶De asero
¶Aserus est arbor
a satis magna que in alpibus iue
nitur que optime conuenit cipbis
parapsidibus aliisq; rebus et incisoriis fa
ciendis et viellis ⁊ omnibus delicatis ope
ribus.quia eius lignum est album et soli
dum et valde politum efficitur.sed eius pa
rapsides faciliter per calorem scinduntur.
nisi facte sint de quartino id est .de ligno i
quattuor ptes sisso.aut de nodoso.id est.
de neruosa radice

¶De auorno
¶Aornus est ar
a bor parua que similiter circa al
pes oritur. Cuius median⁹ cor
tex datus in cibis aut potibus mirabiliter
ventrem laxat

De agnocasto

Agnuscast⁹ est fru
a tex id est arbustula parua q̄ om⁹
ni tempe viridis reperit⁹ In aquo
sis locis magis ⁊ in siccis minus. et eius li
gnum est duz. ⁊ eius folia sunt sicut folia
oliue sed sunt lenioza. Calidus est ⁊ siccus
in tertio gradu. Et ſm Auicennaz est cali⁹
dus in primo ⁊ siccus in secundo. Flores ⁊
folia competunt vsui medicine ⁊ magis flo
res q̄z folia. ⁊ flores quidē agnuscast⁹ vo⁹
cantur qui in vere colligūtur. ⁊ per annuz
tantū seruant et virides maiores sunt effi⁹
cacie q̄z siccati. Dicitur aūt agnuscast⁹ qa
libidinem reprimendo castū vt agnus la⁹
toxem reddit. Lectus ēt ex eo stratus libi⁹
dinem stringit pbibendo pollutionē ⁊ vir⁹
ge erectionem. vt dicit Auicēna. Fomēten⁹
tur etiā genitalia ex aqua decoctionis eius
⁊ succus potetur. Contra gomorreā deco⁹
quatur modicū castorei in succo eius et det
in potu. Item folia eius decoquātur i ace⁹
to addito castoreo ⁊ genitalia catbaplas⁹
mentur. Et nota q̄ que dā extinguunt libi⁹
dinem inspissando sperma vt semen lactu
ce pſilliū cucurbite. cucumeres. cu
curbite. portulace scariola. acetū campho
ra ⁊ similia. Que dā maniendo spiritus et
consumendo sperma vt ruta. maiorana.
agnuscastus. ciminū. calamentū. ⁊ anetuz
Hec enī sunt calida apertiua ⁊ ventositatē
exterminātia ⁊ soluunt. Item fomentum fa
ctum ex aqua decoctōis agnicastī matri⁹
cis exiccat supfluitates ⁊ ipsius angustat
orificiū. Cōtra litargiā valet decoctio agni
casti apij ⁊ saluie in aqua salsa ſ̄ ea fortis
ter capitis posterioꝛ ps fricet. Auicēna dic
q̄ suffumigat mulier cū vehemēs desideri⁹
um coitus adest ⁊ liberat et eius folia fugāt
venenosa.

De buxo

Buxus est arboꝛ
b que solidissimū croceū ⁊ pulcerri⁹
mū lignū habet q̄ pulcris frondi⁹
bus ⁊ viridib⁹ semp vestita est. Ex q̄b⁹ do⁹
micelle serta faciūt. Plātari pōt nō solū ſ̄
plātule radicate de stipite matricis euulſe
ponant. ſz etiā si rami ei⁹ frōdib⁹ denudati
infigant in terrā. Rasura hui⁹ ligni q̄a frī⁹
gida est ⁊ sicca decocta in aq̄ putei ꝓstrin⁹
git fluxum capilloꝝ. vt dicit Bialcordes
Tingit etiā crines si ei⁹ decoctiōe sepi⁹ ab⁹
luant. Ex ipsi⁹ lignis fiūt optimi pectines
⁊ cochlearia ⁊ manubria cultelloꝝ ⁊ calculi
⁊ rabule ceree. et omne op⁹ puū q̄ pulcer⁹
rimū lignū sculpēdū reḡrit. recipit enī ⁊ re⁹
tinet cōmode oēm formā

De brillo

Brill⁹ est arbustu
b la pua q̄ in aremis fluminū nascit.
q̄ pulcras valde vgulas ⁊ mitas emittit. q̄
colligūt de mēse aplis cū succ⁹ ei⁹ eis mouet
⁊ excoriciāt. Deinde fiūt ex eis corbes et ca
ueeamū ⁊ cauee calei siccādi ⁊ ꝓuādi. et ca⁹
nistra in q̄b⁹ panes ponāt ⁊ fruct⁹. Itē ex
radicib⁹ ei⁹ liganī manubria falciū ⁊ falci⁹
nelloꝝ q̄ ad incidēdū ligna ⁊ putādas vine
as necessaria sūt

De cypresso.

Cypress⁹ est arbor
c nota ⁊ pulcra q̄ viridis ſp existit.
⁊ iō libenter i clausſtris monachoꝝ
⁊ fratꝝ plātat. Ei⁹ ei lignū est valde odori⁹
fex ⁊ pulcrum ⁊ ex eo fiūt pulcerrime atq̄
odorifere alſides q̄s boies libēt ponūt i fū⁹
dis instrumētoꝝ musicoꝝ vt licij citbare ⁊
altoꝝ. ⁊ i oib⁹ opib⁹ delicatis. Hec arbor vt
ait Auicen. calida est i ꝑmo gdu ⁊ sicca in
ſcdo. Et q̄a dicūt q̄ ē frigida. folia et nuces
ei⁹ stiptica sunt. ⁊ ei⁹ folia delēt morpheā ⁊
ꝓsolidāt vulnera ⁊ nuces ei⁹ ⁊ ꝓfortāt neruos
⁊ roborāt mollificatoꝝ ⁊ stringūt etiā ⁊ de⁹
coctio nucis cū aceto delet dolorē dentiū

De canna

Canna siue arūdo
c nota ē Terrā desiderat mediocrit⁹
būidā ⁊ pinguē. Canneta fiūt hoc
modo. videlicet q̄ pastinata eq̄liter terra
de mense februarij et breuissimis scrobib⁹

vno pede distātib⁹. cānaꝝ oculi ꝑ scrobes singulas obruant. Si calida ⁊ sicca prouintia est valles hūidas ⁊ irriguas op⁹ est deputare cānetis. Si est humida regio locis medijs instituant sz succo villaꝝ subditis. Ligonisant vt vinee ⁊ ligonib⁹ in equalitate terre incidunt de mēse octobris et nouēbris. Sz si q̄ sunt antiqua cāneta mense februarij sarrient recisis q̄ sunt in radice purganda. id est. putrib⁹ male porrectis. et si q̄ gignendi nō habēt oculos. Ex cānis fiunt pali ⁊ ꝑtice vinearū ⁊ scorea quib⁹ inter se domus pauperꝝ distinguūtur. Et ꝑm Auicennā sunt vehemētis infrigidationis. Et folia canne radix ⁊ cortex ꝯferunt alopicie ⁊ abstergunt sordes. Et radix eius cum cepa siluestri extrahit carni infixa. Et lanugo que est eius flos quando cadit in aurez facit euenire surditatē quoniā inuiscat in ea ⁊ nō egredit.

¶ De fago

Fagus est arbor magna nascens in alpibus ex q̄ optime fiunt lancee ⁊ sellarum assides ⁊ libroꝝ. Itē fabricis vtilis est ī sicco. sed humore corrumpit. Isidorus autez dicit ꝙ glans siue fagi fructus est multum dulcis ⁊ nutribilis. eius medulla muribus est multū accepta ⁊ glires impinguat. turdis ⁊ columbis cōuenit. et eos nutrit. ⁊ ei⁹ carnes coquibiles facit. Eius ligni substātia operibus est apta sed non multuz durat quia libenter a vermibus corrodit. sed est valde necessaria vitree arti si nondum a vermibus corrosa est. quia ex eius cinere vitrū cū alioꝝ quorundā appositōe ꝑ ignis conflagrationē ꝑparat

¶ De fraxino

Fraxin⁹ est arbor satis magna q̄ in pinguib⁹ ⁊ hūidis nemorib⁹ delectat. Cui⁹ lignū satis igni cōpetit. ⁊ est optimū ꝑ circul' vegetū ⁊ tinaꝝ ⁊ salis curruū alias scal' turrium. Itē edificijs cōpetit exiccata ñ viridis dū tamē terraz nō ꝯtingat qꝛ statim hūore corrūpit. Ei⁹ etiā silua de tertio in tertiū vl' quartū annū incisa optimas ꝑ vineis profert ꝑticas. Plini⁹ aūt dicit ꝙ folia fraxini sunt vtilia ꝯ venenū. Nā succo exp̄sso potui dato ꝯ serpētes sūme auxiliat. tātaq3 ei vis est cōtra serpētes vt ei⁹ vmbrā vespertinam vel matutinā non attingāt. et si inter ignem ⁊ fraxini folia ponit serpens ī ignez potius q̄z in fraxinū fugiet. Et ei⁹ cortices et folia ventrē stringunt ⁊ vomitū ex defectu virtutis cōtentiue factū si cum aq̄ pluuiali ⁊ aceto decoquant ⁊ sup stomachuz apponant. Et est arbor calida ⁊ sicca ī scdo gradu. vt dicit Palladius

¶ De fraxinagolo

Fraxinagolus est arbor fraxino in frondib⁹ ⁊ lignis similis q̄ in locis domesticis seu cultis delectat. Hec arbor fruct⁹ quosdam siue granula ꝑua ꝓducit que nigra sūt qñ existunt matura ⁊ valde dulcia sz q̄si nihil supra ossa ex pulpa habēt. Itē exiccata mlt'is mensibus cōseruant

¶ De fusano

Fusan⁹ est arbor parua q̄ in alpib⁹ orit ex cuius ligno fiunt optime fuse ⁊ viellaruz archeti

¶ De genestra

Genestra est quedā arbustula adeo ꝑua ꝙ plimū ad herbe naturā accedit q̄ ī montib⁹ ⁊ locis macerrimis aut etiā maritimis orit. Et flores facit valde pulcros q̄b⁹ prosertis domicelle vtūt ⁊ ex ramuscul' ei⁹ deficiētib⁹ iūcis pñt palmites vineaꝝ ligari. It ex genestra ꝑt fieri stupa q̄ loco canabi vl' lini succedere pōt.

¶ De Iuo

Iuus. id est taxus est arbor ꝑua q̄ in alpib⁹ ⁊ mōtibus eis ꝓximis īuenit q̄ optima ē ꝑ balistis ligneis ⁊ arcub⁹ faciēdis

De oplo

Oplus est arbor satis magna que lignū habz valde albū ⁊ pulcrū quasi asero sile ex q̄ fiunt optima iuga boū. Incisoria etiā ⁊ parapsides ⁊ assides ꝑ delicatis opibus faciendis

De populo et albaro

Opulus et albarus quasi similes sunt in magnitudine ⁊ forma frondiū. sed populus magis in altū extollit ⁊ eius lignū nō politur. Albar⁹ vo magis ꝑ latera ramos extendit. et eius lignū est albius ⁊ pulcri⁹ ꝑ assidibus faciendis. edificijs in sicco satis competunt licet longissimo tempe nō durēt. locis humidis ⁊ arenosis p̄cipue populus letatur. in montib⁹ et locis saxosis ⁊ cretosis durare nō possunt. Plantāt ramis annalib⁹ vel biennalibus aut etiā maioris etatis in terra infixis ⁊ facilime comp̄hendūt. Item compertū est albarū incidi et q̄cunqz inerint fragmina incisure. inde quasi siluā spissam nasci. Potest etiā hoc euenire ex pullulatione radicū que circa precisam arborē vniuersam occupāt terraz in supficie eius. ꝓpter qd etiā prefate arbores plurimū inueniunt obesse vineis ⁊ frumētarijs agris. Populus habet hoc ꝓpriuz q̄ si estiuo putet tempe facile perit aut infirma ⁊ scabrosa efficit. Dicit autē popul⁹ eo q̄ incisa pullulat ad modū populi. vt dicit Isidorus

De rosarijs

Rosaria nota existūt Sūt aūt quedā alba quedaz rubea. Et iterꝫ q̄dā domestica ⁊ q̄dā siluestria sunt Alba vo tā domestica q̄z siluestria fortes ꝯstituūt sepes. qr mltas et fortes habēt spinas ⁊ oēs adeo retortas q̄ ꝑ eas volētes ingredi retinēt violēter. Sz rubea rosaria debiles virgulas ⁊ spinas ꝑducūt. Plantāt aūt plātulis ⁊ virgultis i ꝑuas ꝑticulas diuisis ⁊ i seminario satis. aut semib⁹. Et semia q̄dē sunt q̄ i pomulo rubeo sunt collecta q̄ꝝ maturitas ad plantandū apta cognoscit cū p⁹ vindemias colorē fuscū ⁊ molliciē q̄ndā hn̄t. Si q̄ sūt rosaria antiq̄ circū fodiūt ⁊ ariditas vniuersa recidit. Itē q̄ rara sunt pn̄t virgaꝝ ꝓpagine repari. Rosa frigida est in p̄mo g̃du. sicca in scd̄o. viridis ⁊ sicca cōpetit vsui medicine. Siccant aūt aliq̄ntulū ad solem. et possunt ꝑ trienniū seruari. Cū receptio rosarum inuenit sicce ponēde sunt in medicinis qr facili⁹ ꝯterunt. Ex viridib⁹ autem fit mel rosatū. zuchaꝝ rosatū. electuariū de suco rosarū. Syrupus rosatus oleū rosatū. ⁊ aqua rosata. Mel rosatū sic fit. p̄mo mel despumet deinde colet. postea addant folia rosaꝝ abiectis stipitib⁹ ⁊ quibusdā albis q̄ sunt in ꝑte inferiori ⁊ minutatim incisa ponant ⁊ fiat decoctio aliq̄ntula. ⁊ signū decoctionis ei⁹ est odor ⁊ color rufus in septem libris mellis vna rose ponat ꝑ q̄nqz annos seruari pōt. Et habet virtutē cōfortandi ex aromaticitate. mūdificādi ex melle. Competēter dat flegmaticis colericis et melancolicis in hyeme ⁊ estate debilitatis cum mulsa facta ex aqua et melle rosato. ad mundificationem stomachi ex frigidis humorib⁹ mel rosatū cū aqua decoctiōis seminis feniculi tribus granis sal' additis. Vel s̄m Nicolaū fit hoc modo. In decem libris albi ⁊ purissimi mell' despumati succi recentiū rosarum libra vna ponat. et in cacabo ad ignē posito cum bulire ceperit: viridium rosaꝝ cū forficibus vel cultello i cisarum libre quattuor addant ⁊ tādiu buliat q̄ ad succi cōsumptionē redeat. ⁊ cum bulierit semper agitetur et in ficili vase repositus. quanto magis tenebitur. tāto melius erit. Cum aqua frigida sumptum stomachū confortat ⁊ constipat. et cuz calida mūdificat. detur in mane ⁊ in meridie. Eodē modo fit mel violaceū ⁊ valz tipice febricitantib⁹ cū calida aqua datū. Zuchaꝝ rosaceū sic fit. folia rosarum viridiū pistata cum zucharo bene ꝯterant ⁊ ponantur in

vase vitreo ꝑ triginta dies ad solem ⁊ q̄ti-
die moueant̄ vt bñ misceant̄. In quattuor
libris zuchari libra vna rosaꝝ ponat̄. ⁊ po-
test ꝑ trienniū seruari. Virtutē habet con-
stringendi ⁊ cōfortandi. ⁊ valet ꝯ dissinte-
riam. lienteriā. ⁊ diarriā ex debilitate virtu
tis cōtentiue factā. Item valet ꝯ vomitum
colericū. contra sincopim ⁊ cardiacā passi
onem cū fit ex calefactione spiritualiū det̄
cum aqua rosata. Electuariū de succo ro-
sarum sic fit. Recipe zuchari succi rosaruz
ana librā vnaz ⁊ vncias quattuor. sandali
trium generꝝ ana dragmas sex. spodij dra-
gmas tres. dyagridij dragmas. xij. cāpho
re dragmā vnā. Tempera ad modum ele-
ctuarij cū syrupo facto ex zucharo ⁊ rosaꝝ
succo ⁊ detur cū aqua calida ad modū ca-
stanee in matutinali hora. valet aūt cōtra
guttā calidā ⁊ colerā rubeā purgat. Et cō-
ualescētes tertianarios q̄tidie purgat sine
molestia. ⁊ reliquias maloꝝ humoꝝ q̄ ibi
remāserunt potēter educit. Syrupus rosa
tus sic fit. Quidā decoquunt rosas ī aqua
⁊ in tali aqua rosata addunt zucharū ⁊ fa
ciunt syrupū. Alij autē faciunt ponere ro-
sas in aliquo vase habente strictū orificiuz
⁊ superinfundunt aquā feruentez ⁊ dimit-
tunt isti stare donec aqua sit rubea. et inde
faciunt syrupū. Alij conterunt rosas viri-
des ⁊ succum exprimūt ⁊ in tali succo faci-
unt syrupum. ⁊ hic est optimus. Et nota ꝙ
syrupus factus ex recentib⁹ rosis prius ali
quantulum laxat. postea cōstringit. factus
vero ex siccis in principio ⁊ in fine ꝯstringit
Contra fluxū ventris ⁊ vomitū colericum
detur cū aqua pluuiali vel rosata. febrici-
tantibus post minutionē cū aqua frigida
potui det̄ cōtra sincopim similiter. Scd̄m
Nicolaū sic fit Accipe rosas recentes ⁊ po
ne in vase ꝑse ⁊ in caldario pone aquā do
nec bulliat ⁊ bullientē sup̄ rosas predictas
infunde ⁊ postea ipsum vas tege ne fum⁹
exeat. ex quo aqua ibi refrigueri rosas in-
de eijce ⁊ alijs recentib⁹ aquā bullitaz ean
dem iterū superinfunde mutādo rosas do
nec aqua illa rubea fiat. De hac aūt aqua
quattuor libras accipe ⁊ in quattuor libris
zuchari infunde. Cū autē bulire incepit al
bumen ouoꝝ aliqd̄ cum zuchari aqua fri-
gida multū agitata donec spumescat con-
cutias ⁊ illā spumā in syrupo bulliēte spar
gendo infunde. ⁊ cū quasi nigrescere illa in
ceperit suauiter cū cacia remoue. ⁊ iteꝝ ali
am infunde donec clarus fiat syrup⁹. Et
cum cepit syrup⁹ quasi filū facere si cū di-
gito tetigeris aut cacie dependēs adhere-
at coctū est. ⁊ valet calori ⁊ siccitati febriuz.
sitim reprimit cōfortat ⁊ constipat. Eodez
modo fit syrupus violaceus ⁊ syrup⁹ ne-
nufarinus qui valent cōtra maximos ca-
lores in acutissimis egritudinibus. Oleū
rosatū sic fit. Quidaz decoquunt rosas in
oleo cōmuni ⁊ colant. Alij terunt rosas vi
rides in oleo ⁊ vase vitreo soli exponūt ꝑ
dies q̄nquaginta. ⁊ hoc est bonū. Scd̄um
Nicolaū fit hoc modo. In duabus libris
olei cōmunis abluti libra vna viridiuz ro-
sarum aliquantulū cōcussarū ponatur in
olla posita plena sup̄ ignē in caldario ple-
no aqua suspenso ⁊ tādiu buliāt donec aq̄
tertia p̄s minuat̄ qd̄ demū albo panno li-
ni immissum torculari exp̄mat̄. Eodē mo-
do fit violaceū sabatinū ⁊ mirtinū oleum.
Et valent ista olea ꝯ acutas ⁊ ꝑacutas in-
uncta sup̄ epar ⁊ pulsus timpora ⁊ plātas
manuū ⁊ pedū quoniā calorē extinguunt
Aqua rosacea fit multis modis. Nā q̄daz
habent patellā plumbeā quā ponunt sup̄
quodā texto inuerso cui est ab vna ꝑte ho
stium. vñ sub eo ponit̄ ignis ⁊ inter textuz
et patellam est cinis grossitudinis duoruz
digitoꝝ ne aqua saporem fumi accipiat. et
circa textum est fornacella parua de lapi-
dibus ⁊ luto facta. Deinde patella rosis ī
pletur ⁊ capellum plumbeū ponitur supra
ipsam ita ꝙ versus partem vnde aqua ro
sata egreditur aliquātulum pendeat. ⁊ ig-
nis cōtinuo sit sub ipsa patella. tantumqz
rose dimittuntur in ea ꝙ in eis sit humidi
tas consumpta. et tunc reijciuntur ⁊ alie re
centes in earū loco ponūt̄ ⁊ in aliq̄ vase vi
treo sub pipio capelli posito aqua recipit̄.

Deinde in engbestarijs ad solem posita q̄ busdam dieb⁹ decoquenda relinquitur ⁊ seruatur. Alij volentes omnē saporē fumi ⁊ odorez euitare in aqua rosata ponūt patellam predictā ⁊ capellū in cacabo aq̄ pleno. atq; ita ī fornacella disposita ꝙ ab vna parte possit in eo aqua īmitti que loco ei⁹ que ab igne consumit̄ succedere possit. ⁊ h̄ est optima. Et quidā in filo folia rosarū posita in vase vitreo ⁊ suspensa ne vasi ab aliqua ꝑte adhereant soli exponūt ⁊ desup adeo claudunt ꝙ vapor rosaꝝ exire n̄ possit. ⁊ hec est melior que esse possit Tn̄ valde parum ⁊ cū nimio labore fieri potest. Habet autē virtutē confortandi ⁊ cōstringendi. Contra fluxum ventris ⁊ vomituz colericum detur aqua rosata simplex vl' aqua decoctionis masticis ⁊ gariofilorū ⁊ precipue contra fluxū ex debilitate virtutis contentiue vel acumine medicine qn̄ ipsa nimis ducit ꝓuenientē. Sincopisantibus et cardiacā patientib⁹ detur in potu ⁊ super aspergat̄ faciei. In colirijs cōpetenter ad oculos ponit̄ ⁊ in vnguentis ad faciem q̄ abstergit pannū faciei ⁊ subtiliat cutē Rose sicce naribus apposite cerebrū cōfortant. ⁊ reparant spiritus. Contra fluxū ventris ex colera detur aqua pluuialis in qua rose sint decocte. ad idem valet emplastruz ex rosis ⁊ albumine oui ⁊ aceto positū sup renes ⁊ pectinem. Contra vomituz fiat decoctio ī aceto ⁊ spongia marina intincta ori stomachi supponatur. Contra sincopim detur aqua decoctionis rosarū. detur etiā puluis in ouo sorbili. Item contra ruborez oculoꝝ si sentiat̄ pūctura valent rose cocte in aqua ⁊ cathaplasmate. Antea dicit̄ flos rose qui interi⁹ reperitur. valet autē contra fluxum ventris ⁊ vomitū. Itē puluis eius vue suppositus humiditatez eius cōsumit Et nota ꝙ succus rosarū viridium in vase vitreo potest seruari per annū. Auicenna dicit ꝙ rosa rectificat fetorem sudoris quādo in balneo amministrat̄. Et emplastruz de rosis coctis ⁊ ꝯtritis ⁊ nō expressis positum sup apostemata calida ea soluit.

De rore marino

Ros marinus est

r quedā arbustula parua odorifera que semp habet frōdes virides que quasi assimilant̄ zanipro ⁊ scope. In marinis locis p̄cipue delectat̄. et ideo ros marinus appellat̄. Plantat̄ autē plantulis de radice matris diuulsis. Item ramis in terrā infixis his mensib⁹ q̄bus alie fiūt plātationes. Calidus ⁊ siccus est sed excessus eius non determinat̄ in gradu. Folia ei⁹ et flores competūt medicine ⁊ flos eius dicitur anthos. Unde dyantos electuariuz fit ex eo. Arbustula ipsa etiaz lanotides dicit̄ vel detrolibanos. vnde cum istoꝝ receptō inuenit̄ folia debent poni. Flores autez aliquantulū desiccati ad solem per annū silr seruantur. et folia habēt virtutē confortandi ex aromaticitate. dissoluendi ex caliditate. extergendi mūdificandi ⁊ consumēdi ex siccitate. et dyaforeticā ex caliditate. Cōtra sincopim ⁊ cardiacā detur dyantos cuz vino. Item fiat decoctio floꝝ in vino ⁊ tale vinum detur patiēti. Contra frigiditatez stomachi ⁊ ad digestionē ꝯfortandam detur dyantos vel vinū decoctionis florū et masticis. Cōtra dolorē intestinoꝝ ⁊ stomachi ex ventositate detur vinū decoctionis eius et cimini. Et cōtra cerebri frigiditatem fiat eius decoctio in vino ⁊ patiens capite cooperto fumū recipiat. Contra humiditatez vue acetū vel vinum decoctōnis eius gargarisetur. Contra stranguiriā ⁊ dissinteriā flores vel saltē folia decocta in vino cathaplasment̄. Ad mundificationē matricis et conceptū iuuandū. fiat fomentū circa pudenda ex aqua decoctionū eius. flores autē in oleo decoctos supponūt sibi mulieres

De rubo

Rubus notus est

r Competit sepibus faciēdis. quia eas fortes et spissas ⁊ pūgētes facit. Sed ꝑ se non mltū ꝯpetit nisi plātas arborum vel aliaꝝ spinaꝝ admixtas habeat

quibus sustineat. que adeo sint solide q̄ n̄ flectant ⁊ destruant ab eo. Plantat autez plantulis suis que facile inueniunt vbi rubi capita tangūt terrā. quia ibi statim radices emittūt. Itē plantat seminib⁹ suis mature collectis ⁊ siccatis ⁊ vsq; ad initiuz veris seruatis ⁊ tunc seminatis. Fructus ei⁹ sunt mora que mulieres ⁊ pueri comedūt sed optima sunt ꝑ porcis. Rubus calidus ⁊ siccus est vt quidā dicūt. Constantin⁹ tn̄ dicit summitates ei⁹ esse stipticas ⁊ valere cōtra vsturas ⁊ calida apostemata. vn̄ videtur q̄ sit frigida ⁊ sicca. Cōtra ruborem oculoꝝ cortices ei⁹ cum vitellis ouoꝝ conterātur. ⁊ addito croco oculis supponant. Cōtra quaslibet vsturas cera mūda resoluatur postea addat oleum rosatū. deinde succus turionū eius in maiori quantitate Contra calida apostemata folia summitatum trita cū aqua rosata supponant. Contra dissinteriā succus turionū eius cuz aq̄ ordei ꝑ clistere immittat. vel ex turionibus cū albumine oui ⁊ aceto fiat emplastrū super pectinem ⁊ renes Si sit vicio supioruz lenticula aliquantulū exusta in succo eius detur ad manducandū

De salice

Salix est arbor nota sic dicta eo q̄ plātata facile ī altum salit. Hec arbor in locis hūidis ⁊ arenosis siue solutis delectat et non multū ꝓfunde radices facit. Plantat optime si terra ꝑforata cū palo aut foraterra: planta biennalis in ꝑte inferiori acuta foramini fortit̄ imprimat ⁊ vsq; quasi ad superficiez foramen ex sabulo impleat vl' terra soluta. si terra vbi plantata sit cretosa existit demū creta supponatur. Q, si soluta est terra in qua plantat sufficit si ex eadem impleat foramen. cui multū ꝓderit si eisdē cardinibus quib⁹ in salice steterat oꝑponatur. Fit aūt eius plātatura de mense octobris ⁊ nouēbris aut februarij. et meli⁹ mense martij cū iam ipsis plātis adhuc sup salice existentib⁹ viridis succus infundat. Eis autē plātatis mense aprilis ⁊ maij abradatur quicq̄d in stipite ꝑter superiorez oritur ꝑtem. Tertio quoq; aut quarto anno inciduntur omnes equaliter sex pedib⁹ supra terrā. Sed si duob⁹ tantū pedibus sup terrā ipsius formaret stipes ꝓceriores ꝓduceret perticas ⁊ longiori tꝑe duraret. q̄a hec arbor tanto in ramis erit fecūdior. quāto ē terre ꝓpinquior ⁊ est ad incidendū aptior. Verūtamen si est in loco animalib⁹ exposito magis timet corrosionē ipsoꝝ. que octo vel decem pedib⁹ a se inuicē distare debebunt. ne si nimis spisse fuerint superfluis vmbris perimāt ea que seminātur ī agris De tertio in tertiū annū pertice incidūtur videlicet subtiles iuxta salicez. ⁊ grossiores tribus vel quattuor digitis ab eo remote. incidant rotunde. vel nō multum oblique Et quicq̄d est in salice siccū vel mortuum amputet. nec fiant in eo cauaze remote. sed paulatim equaliter ꝑ omnia diffundātur Ex hoc enī modo perticas ꝓceriores et minus ramosas efficiēt. et tꝑe longiori durabunt. Et nota q̄ si eo anno quo nō incidūtur amputent vimina ꝑua inutilia remanentia mai⁹ suscipiēt incremētuz. Ex ligno salicis solido ꝑ perticis faciendis nō absciso fiunt trabes ⁊ materie dom⁹ satis bone. ⁊ ex grossis fiūt assides ⁊ conche ⁊ parapsides incisoria ⁊ multa vasa vinaria. Ex ꝯcauis vero fiūt aluearia ⁊ situle ⁊ sextaria. ex perticis fiunt vinee. ⁊ ex eis ⁊ viminib⁹ fiūt sepes ⁊ clausure curiaꝝ ⁊ porticuū et mlta alia vtilia. Hec arbor ꝯpetit medicine vsui s̄m corticē folia ⁊ flores. habet autē virtutē cōstringēdi ⁊ ꝯsolidādi. Contra dissinteriam succus expressus ex folijs ⁊ potui dat⁹ valet. Contra vlcerationē intestinoꝝ ex dissinteria factā detur puluis corticis ei⁹ cōbusti in aliquo potu. Idem puluis vlcerationes exterioꝝ partiū consolidat. Idē puluis vt testatur Diascorides cuz aceto potui datus ⁊ cum aceto cathaplasmat⁹ neruos verrucas ⁊ poros curat. Itē folia salicis respersa aqua ponenda sunt circa febricitātes. Isaac autē dicit floris seu seminis

salicis hanc esse virtutē vt si qua mulier illud in potu sumpserit filios nō generat sed efficitur infecunda

De sauina

Sauina est arbor satis pua que semp viridis est. et habet folia q̄si cypresso similia. Hec arbor satis cōmode viuit in omni loco Et libēter plantat̄ in viridarijs ⁊ in claustris religiosoꝝ. quia circulis ⁊ perticis iuxta eā positis ramos cōueniēter vndiq; expādit Plantat̄ autē ramis sicut de buxo dixi in terrā infixis. Hec arbor calida et sicca est ī tertio gradu. cui⁹ folia competūt medicīe. ꝑ biennium seruari possunt Vinū decoctionis ei⁹ valet cōtra dolorē stomachi ⁊ intestinorū. Itē decocta in vino valet ꝯ stranguriam ⁊ dissinteriā. Cathaplasmata etiā valet contra dolorē iliacū. est enī dyaphoretica ⁊ diuretica. Fomentatio etiam ex aq̄ decoctionis ei⁹ in vino valet cōtra p̄dicta. ⁊ etiā menstrua ꝓuocat ⁊ fetū mortuū educit. Item decocta cū oleo ⁊ supposita idem melius operat̄. Cōtra tenasmon ex frigida causa valet si fiat decoctio ei⁹ in aceto ⁊ vino ⁊ fumū inde patiēs recipiat.

De sambuco

Sambucus est arbor nota q̄ in sepib⁹ nascit̄. et ramis in terrā infixis plātata faciliter comp̄hendit. Ex cui⁹ ligno grosso vel mediocri fiunt arc⁹. et ex grosso nō nodoso fiunt optime sagitte. Itē fiūt cannelle tinatiorum ⁊ vegetū ex ei⁹ ligno. Virtus ei⁹ est calida et sicca in secundo gradu. Medicine cōpetit p̄ncipaliter cortex eius. secūdo folia et flores virtutē habet diureticā attractiuam ⁊ purgatiuā Cōtra quotidianā p̄cedēte purgatione añ horam accessionis detur vinū decoctionis corticis mediani sambuci Itē succus sambuci ꝑ se datus vel cū melle lūbricos interficit. Ad menstrua ꝓuocanda succus corticū pessaginetur vel folia cathaplasmentur. fomentū ex aqua salsa decoctionis corticū ei⁹ tumorē pedū soluit ⁊ dolorem exterioꝝ partium

De sicomoro

Sicomor⁹ est quedam arbustula pua quasi assimilatur sanguino ī forma ligni. que pulcras valde ꝓducit v̄gas. et ei⁹ cortex ē pulcerrim⁹ ⁊ adeo adheret ligno q̄ ex eo fiunt pulcra manubria cultelloꝝ ⁊ nascit̄ in nemoribus ꝓpe alpes

De sanguino

Item dicitur q si spicula allei ponantur in cepa factis in ea foraminibus in quibus ipsa spicula possint poni. et sub terra plantentur fient scalongue. Sūt autem de natura ceparum sed sunt min⁹ humide. appetitum confortant et maliciam ciborum venenosoruz emendant. nocent visui. et dolorem capitis efficiunt. et fetorem oris inducunt. et non competunt calidas habentibus cōplexiones. sed cū carnibus pinguibus edi possunt. quia maliciā ipaꝝ emendant

De tetrait

Tetrait. id est. herba iudaica. calida ⁊ sicca est in tertio gradu. Uinū decoctiōis eius digestionē prouocat. ⁊ dolorē stomachi ⁊ intestinoꝝ ex acetositate curat. Crispelle ex eo et farina ⁊ aqua facte naturalē calorē confortant. urinā ꝓuocant. Emplastrū ex ipa herba decocta in aqua stranguiriā soluit. Item fomentū ex aqua decoctōis eiꝰ matricē calefacit ⁊ mūdificat

De tapsia

Tapsia est calida et sicca in tertio gradu. ꝑ tres annos seruat̄. Inuenit̄ in arabia india ⁊ calabria. In vomitiuis medicinis ponitur. caute teri debet. Si autē inflationez inde fieri cōtingat fricet̄ cum panno aceto infuso. vel pars tumens inungat̄ cum populeon ⁊ aceto addito. Tapsia ē herba trutanoꝝ. contrita eni facit inflare faciē et corpus ac si esset leprosus et curatur vt hic cū succo semperuiue.

De tapso barbato

Tapsus barbatus calidus ⁊ siccꝰ est. Fomentatio ex vino decoctōis cōtra emorroidas valet. ad idē valet si anus patiētis inde pꝰ assellationē tergat̄ Ualet etiā eius decoctō in aqua ad tenasmon ⁊ cōtra fluxū vētris.

De testiculo vulpis

Testiculus uulpis est bona herba ⁊ dulcis gustu. Facit aūt cū vino sumptꝰ appetitum coitus ⁊ adiuuat ad ipm ⁊ in hoc stat loco stinchi. Et est calidꝰ ⁊ humidꝰ. ⁊ est species satyrionis vel satyrie

De testiculo canis

Testiculꝰ canis est alia spēs satyrionis. ⁊ est in foliis ⁊ stipite silis testiculis vulpis. Et radix ipsiꝰ est duoꝝ nodoꝝ. habet eni vnuz globū superiꝰ ⁊ alteꝝ inferiꝰ. Et vnꝰ ē mollis ⁊ alter durꝰ ⁊ plenus. ⁊ in illo est humiditas suꝑflua. et si añ coitū masculꝰ sumat maiorē testē. id qd̄ concipit̄ ex coitu erit frequēter masculꝰ. Si aūt femina sumat minorem ⁊ cōcipiat fit magis femina. Dicit̄ aūt q̄ maior auget coitū minor v̄o abscindit ipsuz. Et sic vterqz amboꝝ destruit operationez alteriꝰ. Hoc dicit felix doctor frat̄ Albertus ordinis p̄dicatoruz in libro suo quē fecit de plātis

De thimo

Thimus est herba valde aromatica. Cuiꝰ flos d̄r epithimū ⁊ est flos medicinalis Habet eni virtutē purgādi melancoliam ⁊ flegma. ⁊ ideo valet ꝯ quartanā ⁊ alias melācolicas passiones ⁊ ex eo debemus acuere medicinas. nō ipm ꝑ se dare q̄ naturaz habet inducendi sincopim ⁊ angustiam precordiorum.

De viola

Viola est frigida et humida in secundo gradu. De viridibus fit zucharū violaceum ⁊ oleum violaceū. Syrupus aūt violaceꝰ fit de viridibꝰ ⁊ siccis. Zucharū violaceuz fit eo modo quo rosaceū Syrupus sic fit. Uiole in aqua coquantur et ex colatura ⁊ zucharo fit syrupus. Si autē ex ipsarū succo et zucharo fieret melior esset. Oleum violaceum fit hoc modo. Uiole in oleo decoquantur et colatura erit oleum viole. Ualet interius receptuz contra distrasiam laboris totius corporis. Item inunctio ipsius facta super epar valet contra calefactionem eius. Item vnctio facta super frontem et timpora remouet dolorem frontis ex calore factum. Uiole habent virtutez leniendi humectandi refrigerandi et laxandi. sed parum sunt laxatiue et purgant p̄ncipaliter coleram rubeam. Unde valent febri tertiane et contra distemperantiam epatis in calore. Et contra opilationem

epatis ⁊ ictericiā ⁊ cōtra defectū appetitus ex colera. Itē viole ꝯtrite posita sup calida apostemata in p̄ncipio cōferunt. Idē facit ipsa herba. Fomentatio ex aqua decoctionis ipsi⁹ herbe facta ſm pedes ⁊ frontez in acutis egritudinib⁹ somnū ꝓuocat. Sirupus viole est magis coquend⁹ q̄z rosace⁹ alioq̄n cito corrumperet

¶ De virga pastoris

Virga pastoris est carduus siluestris. ⁊ est frigida et sicca. Solū folia eius competunt medicine viridia ⁊ sicca. sed viridia sūt maioris efficacie. Virtutē habēt ꝯstringendi repellēdi ⁊ infrigidādi. Emplastrū ex puluere eius ⁊ aceto et albumine oui supra pectinem ⁊ renes valet cōtra fluxum vētris. Puluis etiā dat⁹ ī ouo sorbili ad idē valet Item ad idē valet fomentatio ex aqua decoctionis eius. Trita valet ad calida apostemata in p̄ncipio. vt ad erisipilā ⁊ huiusmodi. Cathaplasmata capiti abraso valet cōtra frenesim ⁊ dolorē ex calida causa. Itē hec herba multū est cōsolidatiua recentiū vulnerū. Semina ⁊ vermiculos qui sunt in carduis sup radice siccatis querūt auicule. ⁊ cantāt cuz dant̄ eis. Isidor⁹ dicit ꝙ radix eius in aqua decocta cupiditatē potatorib⁹ administrat. Item dicit ꝙ matrici vtilissimus est cardu⁹ ⁊ iuuat mulieres vt filios masculos generēt.

¶ De volubili

Volubilis est herba inuoluēs se sup plantas proximas. Est aūt parū calida sed multum sicca. quod ostendit ei⁹ tortura. Quedam autē species eius est que vocat̄ funis pauper. ⁊ hec terrestris est ⁊ aquea habēs ex terrestritate sua cōstrictionē et ex aqueitate mundificationē ⁊ lenitionē. Folia aūt huius sunt consolidatiua vulnerum magnorum. nec est eis par in illo effectu. Coquuntur autē in vino ⁊ emplastrantur super ea cum aceto. Sunt etiā medicina adustionis ignis. Est etiā alia spēs que dicit̄ volubilis maior ⁊ lac ipsi⁹ abradit pilos ⁊ interficit pediculos

¶ De vrtica

Vrtica dr̄ quia tactus eius corp⁹ adurit. Est enim ignee nature vt dic̄ Macer. Hec duplex est. nā quedā pungēs ⁊ quedā mortua que nō pungit. ⁊ eius folia sūt albiora ⁊ molliora ⁊ magis rotūda ⁊ vtraq̄z ē medicinalis. Nā succus eius cū vino bibitus valet contra ictericiā et colericā passionez. Cum melle curat antiquā tussim et mundat pulmonē ⁊ ventris inflationē et tumorem sedat. Folia eius cū sale cōtrita vulnera sordida mundāt ⁊ curant. similiter morsum canis. Sanat etiā cancros Radix ei⁹ contrita in vino ⁊ oleo valet cōtra tumorē splenis. Succ⁹ eius fluxū sanguinis d̄ naribus sistit. Semen eius cū vino bibitum p̄cipue mixtuz melle ⁊ pipere mouet venerem ⁊ ꝓuocat vrinā. Herba recens tenera cocta ventrez mollit si comedat̄ ⁊ precipue mense martij cū oleo cocta

¶ De vitriolo

Vitriolum quod alio nomine dicit̄ paritaria ē herba calida ⁊ sicca in tertio gradu et dicit̄ vitrioluz quia ex eo optime vitrea mundātur. Exiccata nulli⁹ est efficacie. viridis magne. Virtutē habet dyaphoreticā ⁊ extenuatiuā. Cōtra frigiditatē stomachi ⁊ intestinoꝝ ⁊ eorundē dolorē ⁊ ꝯtra strāguiriam ⁊ dissinteriā paritaria calefacta ī testa sine aliquo liquore superponat̄ loco dolenti. vel etiā decocta in vino albo aliq̄ntulum acido cū sulfure. Contra stranguiriam ⁊ dissinteriam decoquatur in aqua salsa. et oleo et pectini cathaplasmetur. Cocta et comesta multum valet contra dolorem stomachi ex frigiditate vel ventositate. Item contrita aliquantulum et calefacta cum vino et sulfure tumorem minuit.

¶ Incipit liber septimus De pratis et nemoribus

Postquā in libris supiorib⁹ sufficienter dixi de cultu campestriū agroꝝ vineaꝝ arboꝝ ⁊ ortoꝝ que multā requirūt industriā. Dicā nunc de pratis ⁊ nemoribus que nō tantā querunt doctrinā sed q̄si spōte idonea ꝓueniunt a natura Et p̄mo de pratis quare creata fuerunt. et qualē aerē terrā aquā et situ desiderant ad ampliorē copiā ⁊ vbertatē herbaꝝ Et qualiter fiāt. Et qualiter ꝓcurent̄ et renouent̄. Et de feno quod est eius fructus: qualiter colligatur et conseruetur ⁊ de vtilitate ipsius

¶ Quare prata creata fuerunt et qualem aerē terrā aquam et situm desiderant

Prata fuerunt a natura mādato diuino creata vt terra q̄ primo nuda fuit vestiret̄ ⁊ ornaret̄ ⁊ vt ipsoꝝ herbe tā virides q̄z sicce nutrimentū cōueniēs aīalib⁹ herbis vtentibus p̄stent. Nascunt̄ autē in ipsis diuersa herbaꝝ genera ex diuersitate humoꝝ ī superficie terre cōtentoꝝ. qd̄ quidē sagax natura que nusq̄z in necessarijs deficit opata est ꝓpter diuersitatē animaliū nutriendorum ex eis. quoꝝ appetit⁹ in omnib⁹ est diuersus. Aerē v̄o desiderāt tempatū aut frigiditati ⁊ humiditati ꝓximū. Si enī superflua fuerit in loco frigiditas erūt ibi perpetuo niues ⁊ glacies q̄ omnino impediunt generationē herbarū. Et similiter si caliditas aut siccitas sup̄flua fuerit oēm virorez cōsumet nisi ei succurrat̄ ꝑ irrigationē frequentē Terrā desiderāt pinguē ad herbaꝝ copiam. veꝝ si nō fuerit multe pinguedīs. saporosiores ⁊ magis odoriferas ⁊ subtiliores creabit herbas. Sz si fuerit nimis macra modicas aut nullas ꝓducet. Talis enī terra et similiter salsa vel amara sua imbecillitate aut malicia se vestire non potest. Aqua magis competens pratis est aqua pluuialis que calida coruscatione descendit. Et similiter aqua que mense aprilis et maij subtilis descendit. Et quecunqz ī estate de celo prouenit bona est dū tamen gelida non existat ex natura grandinis lique facta. Secundi meriti est aqua lacualis q̄ clara calida et pinguis ē. Tertio aqua fluminum. Vltimo aqua fontiū. Et quanto magis a suo elongat̄ principio tanto melior. quia min⁹ frigiditatis in se habet. Prata desiderāt situm depressuz vbi continuo sit humor inclusus. Verum si adeo sit profundus talis locus q̄ ibi quasi semp aqua operiat superficiem terre non erit apt⁹ ad aliquas bonas herbas. sed erit accedēs ad naturam paludis ꝓducetqz iuncos et pauerias quadrelluz et similes herbas paludales. grossas et insipidas aquaticas et fere omnibus animalib⁹ inutiles. Et si fuerit adeo eminens q̄ irrigari non possit. facile siccitatem ⁊ ariditatē patietur nisi fuerit in alpibus et locis frigidis. In talibus enim locis et si paucas proferant herbas. subtiles tamen sapidas ⁊ odoriferas ferūt Felix autem prati positio est que supra se riuum fluentē habeat quo possit quotiens fuerit opus irrigari

¶ Qualiter fiunt prata et qualiter procurantur et renouātur

Prata quidez naturalit̄ proueniunt vbicunqz terra solis radijs illustratur. Fiunt etiam opere manuali aut ex locis agrestibus nemorosis aut ex campestribus agris Et primo quidem modo extirpandus est locus de mense septembris vel octobris et impedimentis omnibus liberandus. non solum spinetis et virgultis sed etiam herbis latioribus ⁊ solidis. deinde cū frequenter excult⁹ fuerit ac multa aratōe solut⁹ sb motis lapidib⁹ ⁊ glebis ꝯfractis stercoret̄ lūa crescēte recēti letamīe. ab ūgul̄ iumētoꝝ

summa intentione seruet intactus p̄cipue cum humescit ne inequale solū reddāt mlt̄is locis impressa vestigia. Si vero ex campestribus locis fiant equand⁹ est omīs locus ⁊ glebis cōfractis tā huic q̄z superiori semē vicie cū feni semine spargēdus. Rigari vero anteq̄z durū solum fecerit nō debebit. ne eius etatē minus solidā vis interflui corrumpat humoris. Qui vō volunt quibusdaz annis habere pratū ⁊ alijs segetes etiā ex terris macris cū irrigatiōe optime faciūt hoc modo. Immittūt in agrū aquā turbidā vt ex terra noua sulci repleantur ⁊ ager equet ⁊ fiet optimū pratū sine satiōe herbaꝝ. ⁊ si taliter dimittat ꝑ quattuor vel quinqz annos ⁊ postea aret omī anno vsqz ad q̄nqz annos vel sex poterit cōgrue de frumento seri. ⁊ meli⁹ si post duos annos genus segetis trāsmutet. Qui aūt volunt vno anno habere frumentū et sequēti pratum cōuenienter hoc modo ꝓcurant. Immittunt enī aquaz in agro extracta blada. ibiqz dimittūt in estate ⁊ in autūno si aeris fuerit siccitas. sequenti vero estate cum fenum secauerint terrā arrumpūt ⁊ secūda et tertia vice arāt ⁊ seminā t. Sed si volunt etiā guaymē habere nō arant nisi circa finem augusti extracto guaymine et tūc arrumpunt ⁊ arāt secūdo ⁊ retrisant et seminant ⁊ tamen bonū frumentū inde ꝓuenit Et quidā omni anno seminā t ⁊ tamē herbam guayminis cum secis. i. stipulis colligunt hoc modo. s. q̄ existēte frumēto ī campis vel statim post extractionē ei⁹ mittūt aquā in agrū poti⁹ clarā q̄z turbidā ⁊ a pecore custodiūt. Deinde guaymē cū stipula secant ⁊ hyeme aīalib⁹ p̄bent q̄ herbā terunt. ⁊ de stipulis sibi lectū ⁊ fimū faciunt. Stipula aūt ⁊ herba secata arant semel et bis ⁊ tertio seminā t ⁊ ibi bonū frumentuz vel aliā bladā habēt. Procurant aūt q̄z ex pratis euellunt oīa impedimēta quotiens nascunt ī eis. ⁊ etiā herbe pratis incōgrue p̄cipue post magnas pluuias que terram adeo mollificauerint q̄ herbe nocue radicitus euellātur. Plurimū etiā confert p̄tis si tempore hyemali recenti fimētur letamine ad vbertatem herbaꝝ. Amplius si statim cum secata fuerint fortiter irrigent ter aut quater fructificabunt in anno. Sz cuz vetusta fuerint musco cooperta radantur Ad muscum autē necandum asserit Palladius sepe cinerem ingerendum. Qz si sterilis omnino factus est locus aretur pluries et denuo equatus formet pratum

¶ Qualiter fenū colligatur et conseruetur et de vtilitate ei⁹

Secanda sunt prata cum herbe ad debitū augmentum peruenerint floresqz compleuerint anteq̄z ad casum florū et folioruz et siccitatē peruenerint. Nā si maturius secētur erit fenū aquosum non prebēs soliduz nutrimentū equis ⁊ bobus laborē tolerantibus. Et si nimis fuerit maturuz calore et humiditate naturali cōsumptis erit insipidum modicū. et abominabile nutrimētuz animalibus p̄bens. Sunt autē secāda tempore sereno cū aeris caliditas ⁊ siccitas duratura speratur. Secatum vero in pratis dimittendū est per vnū aut duos dies anteq̄z voluat. Deinde voluendū et conuenienter siccandū. demū colligendū portādū et reponendū sub tectis. quib⁹ deficiētibus sub diuo ponat. taliter p̄paratum q̄ aqua in eum intrare nequeat. Qz si eo nouiter ī pratis secato pluuia superuenerit anteq̄m voluatur modicū vel nihil leditur Sed vt ait Palladius. post pluuiā debet cōuerti anteq̄z pars ipsius summa siccetur siue iā fuerit siue non fuerit reuolutum. Si vero eo reuoluto superueniat omnino destruitur nulli⁹ vtilitatis existēs Utilitas feni est vt toto anno seruet. q̄d etiā ꝑ bienniū cōmode seruari potest et bobus equis et asinis et quibusdā alijs animalibus nutrimentum congruū prebet vt possint sustinere labores q̄ eis ꝓpter necessitates boīm iniungūt. Quib⁹ vero tēpe niuiū subuenit quo de terra nutrimentū sumere neq̄unt.

Q, si fenū subtile frondosum odoriferū et laudabile fuerit erit quasi annona solū aialibus tam calido q̄z frigido tēpe sufficiens ad laborē. Si vo fuerit fenū grossum paludale aut nimis mature aut sero secatū nō erit sufficiēs animalib⁹ multū laborē tolerantibus nisi eis annone auxilio aliquando succurrat. Uel nisi tēpe magni frigoris det in quo aialia nō laborāt et oē pabulum auidius appetunt

¶ Incipit secūda pars libri septimi De nemoribus que naturaliter prouenunt

Loco ī primis q nemora vel naturaliter puenunt vel hominū industria instituūt. Et q̄ a natura pducunt fiunt ex humore et semine in matrice terre ꝓtentus que vi tute celestis erumpūt ad superficiē terre et erigunt in stipites diuersaz plantaruz ꝑm diuersitatē humoris seminis et locoz in q̄bus pueniunt. Fiūt etiaz sine boīs ministerio ex seminib⁹ que a ppinquis arboribus in terrā decidūt. aut ab auibus vel fluminibus de longe ferunt. In alpibus vo naturaliter crescūt silue piceaz maximarū et fagorum castaneaz et quercuū cedroz et similiuz. In locis vo depressis et paludosis spōte nascunt salices populi et alni. cāne silue stres vinde et similes plāte. In pluribus aūt locis nascunt naturaliter et infinita spineta diuersoz generuz et piri et mali sorbi vlmi fraxini opli et similes arbores. Et q̄nto pinguioz erit terra tanto pceriores puenūt arbores. In macra vo et salsa vel amara nascent spineta et arbores pue tortuose spinose scabrose et byspide. Hec aūt nemora pcuranda sunt diuersimode. nā ea in q̄bus sunt castanee piri et mali et similes arbores fructū ferentes extirpāda et purganda sunt ab omnib⁹ spineis et plantis extraneis. et fructifere arbores rarificande vbi nimis spisse fuerint et incidende ī altiori loco q̄z bestie attingere possint et ex plātis domesticis et nobilib⁹ inferende ꝑm doctrinā traditā in libro secūdo cū de insitionib⁹ locutus fui. Ea vo que aliis arboribus et spinetis occupata sunt si arbores nobiles et pulcras habuerint edificijs et aliis opibus aptas similiter sunt extirpāda. Et vbi nimis spissa fuerint sublatis turpioribus lignis rarificanda paulisper vt ois humor quertatur totaliter in substantiā lignoz̄ meliorum. Ea vo ī quibus sunt arbores igni solummodo cōgrue nō sunt mouenda nisi forsan spinis purgent et tribulis que quolibet quinto aut sexto vel rarioribus annis sunt incidenda et lignamina aggregāda

¶ De nemoribus que hominū industria fiunt

Qui cupit nemus q seu siluā plantare vel serere ꝓsideret ꝑmo situm et naturā terre in q̄ facere siluā instituit et vbiq̄z tales ꝓferat arbores que illi loco ꝓueniant et tandē instituentis votū adimpleāt. Mā si fuerit in altis alpib⁹ aut eaz vallibus. siquidē soluta terra est congrue recipiet plātas et semina castaneaz que ad min⁹ .xl. pedib⁹ ab inuicem distare debebunt. Si vero terra cretosa vel lapidosa in talib⁹ locis extiterit ei cōpetunt ꝑcipue querc⁹ rouer et cerrus. Q, si talis terra fuerit in montib⁹ calidis remotis ab alpibus amigdala sibi conueniēter aptant. Q, si loca sint pinguia cōgrue recipient piraria et pomaria. et in locis calidis oliuetum et ficetū et malozū granatozum siluam. In frigidis vo et tēpatis auellanas coctana et mespila. Si vo locus fuerit būbus et depressus solutus cōuenientⁱ⁹ recipiet salicetū albacetū alnū et populū. Et si cretosus talis locus extiterit ei cōueniet vimetum fraxinetū oplus et rouer. q̄ si locus marinus arenosus et quasi sterilis extiterit deliberat pinetū. et in calidis climatib⁹ palmā feminā et masculū. Instituunt aūt predicta omnia vel ex plātis aliūde trāslatis vel seminibus satis aut manu in locis

congruis plantatis. Non tamen ignores q castanee quadraginta pedibus ad minus quaq versum distare debebunt vt in ramis possint congrue dilatari z plurimū fructū ferre. Quercus vero non min9 distare conueniet. quia naturaliter plurimū per latera se diffundit. Rouer z cerrus triginta pedibus aut paucioꝝ9 distare sufficiet. Hec enim tria genera arboꝝ glandem ferunt que cibus optimus est porcorum. Piraria vero z pomaria viginti pedibus vel vsq ad .xxx. distabunt. oliuetum ficus. mala granata. auellane. citonia z mespila. xij. z vsq ad .xx. pedes distare poterūt. Salicetum vero aut propter perticas aut pimina aut propter materiā edificiorum plantatur. Primo quidē modo decem pedibus ad minicē distent. secundo vero modo per duos aut tres vel quattuor pedes distare sufficiet quia eius spissitudo i altuz procurabit rectitudinē et augmentū. Populus autē z alnus quia non multū se diffundunt in altum nec naturaliter extollun tur non sunt rare ponende. Sed albarus vtilior est si ingrossetur in stipite pper assides que multis operibus congrue ex ipso fient. et preterea ramos plurimū in latera spargit. Ideoq nō incōuenienter vsq ad viginti pedes vel amplius separata plantetur. que etiā ex quibusdā tacbis aliquid corticis habentibus summa facilitate nascetur. Possunt etiā spisse poni. vt trabes sine ramis faciant subtiles et longos. Ulmus autē oplus z fraxinus non congrue spisse lateq poni possunt. quia tam grosse q subtiles z longe tales arbores diuersis operib9 adaptant. Pinus vero et palma circa .xxx. pedes distare ab inuicē satis congrue possunt. De singulis autē generibus arboꝝ predictaꝝ plene tractatū est in libro quinto prout disponūtur in campestribꝰ agris. Nunc vero prout ex eis nemora fiunt et silue breuiē de ipsis tetigisse sufficiat

Incipit liber octauꝰ. De viridariis et rebus delectabilibus ex arboribus et herbis et fructu ipsarū artificiose agendis

In superioribus libris tractatū est ō arboꝝ9 z herbis ꝑm q vtilia corpi humano existunt. Huc vō de eisdez dicenduz est ꝑm q aīme rationali delectatiōnē afferunt z ꝓsequēter corpis salutē cōseruant quia cōplexio corpis animi semp adheret affectui

De viridariis herbaꝝ paruis

Viridaria quedaz ex herba tantū. quedā ex arboribꝰ et quedaz ex vtroq fieri pñt. Et q de herbis solūmodo fiūt deliderant terraz macrā z solidā vt herbas subtiles z capillares creare possint que maxime visum delectant. Oportet igit locū qui ad viridariū tale paraī. primo bñ liberari ab herbis et radicibus adulterinis z magnis. qō vix fieri potest nisi primū effossis radicib9 optime planet locus. z vbiq fortiter infundat aqua feruentissima vt reliquie radicum z semin̄ū in terra latentiū germinare nullaten9 valeāt. z deinde cespite macro subtilis graminis tot9 loc9 impleat. z ipsi cespites fortissime cōprimant ligneis malleis z cōculcent gramina pedib9. donec vix de eis aliquid appareat. tūc enim paulatim erumpēt capillariter z superficiē ad modū panni viridis operient. Sit aūt locus viridarij q̄dratus tante mēsure q sufficiat bis q̄ in eo stare debebunt. In circuitu vō eius herbe aromatice omniū generꝰ plātent. vt sunt ruta salua basilicon maiorana mēta et similes. z similiter oīs generis flores. sicut viola lilium rosa gladiol9 z similia. Inter q̄s herbas z cespitē planū sit cespes elevatior. q̄s p modū sedilū aptat9 florens et amenus. In cespite etiā ꝓtra viā solis plātande sūt

arbores aut vites ducēde. ex quaꝝ frōdib⁹ quasi ꝑtect⁹ cespes vmbram habeat delectabilē ⁊ refrigerantē. In arborib⁹ aūt illis plus querit̄ vmbra q̄ꝫ fruct⁹. ⁊ ideo nō curatur de eoꝝ fossura ⁊ fimatiōe que cespiti nocumentū afferrēt. Cauendū est aūt ī bis ne sint arbores nimis spisse aut plurime ſm numeꝝ. quoniā ablatio aure sanitatez corrumpit. Et ideo viridariū liberuz aerē desiderat ⁊ supflua vmbra infirmitates generat Ampli⁹ nō sint arbores male sicut nux ⁊ quedā alie. sed sint dulces aromatice ī flore ⁊ iocūde in vmbra. sicut sunt vites ⁊ piri ⁊ mali ⁊ malapunica et lauri et cypressi et bmōi. Post cespitē sit magna herbaꝝ medicinaliū ⁊ aromaticaꝝ diuersitas. cū non tantūmodo delectēt ex odore ſm olfactuz. sed et flores diuersitate reficiūt visum in q̄bus ruta pluribus locis admisceatur eo q̄ pulcre est viriditatis. et ipa sua amaritudine fugat extra viridariū aīmalia venenosa In medio aūt cespitis nihil sit arboꝝ sꝫ poti⁹ ipsa planicies libero gaudeat aere ⁊ sincero. quia ⁊ ille aer salubrior est. ⁊ etiaz araneaꝝ tele extēse de ramo arboris ad ramū impedirēt ⁊ inficerēt vultus trāseuntiuz si arbores in medio viridarij siue cespitis plātate essent. Si autē possibile sit fons purissimus deriuet̄ in mediū. q̄a ipsius puritas multā affert iocunditatē. Ad aquilonez et etiā ad orientē viridariū sit patuluz ꝓpter illoꝝ ventoꝝ sanitatē ⁊ puritatē. Ad oppositos aūt ventos. s. meridionalē ⁊ occidentalem sit clausum ꝓpter eoꝝ ventoꝝ turbulētiam impuritatē ⁊ infirmitatē. Quāuis eī aquilonaris impediat fruct⁹. miro tamen modo cōseruat spiritus. et sanitatez custodit. delectatio enī querit̄ in viridario et nō fructus.

De viridarijs mediocrib⁹ et mediocriū personaꝝ

Secundū facultates ⁊ dignitatē mediocriū ꝑsonarum mēsuret̄ spaciuz terre viridario deputande. videlicet duo vel tria vel q̄tuor aut plura iugera siue bubulce. Cingatur fossatis et sepib⁹ spinaꝝ vel rosaꝝ. et desuper fiat sepis de malispunicis ī locis calidis. ⁊ in frigidis de mizolis seu prunis vel malis citonijs. Aret̄ ⁊ erpexe vel ligonibus planet̄ vndiqz loc⁹. deīde funiculo vniuersus signet̄ locus vbi arbores sunt plātāde. plantētur in eo acies piroꝝ et maloꝝ ⁊ palmaꝝ in locis calidis ⁊ citoniorū. Itē mororum cerasoꝝ ⁊ prunoꝝ et similiū arboꝝ nobilium ⁊ ficuū mizoloꝝ cicomoꝝ ⁊ similiū Unūquodqz videlicet gen⁹ in suo ordine siue acie. Distent aūt ordines siue acies. xx pedib⁹ ad min⁹ vel. xl. aut plurib⁹ ꝑ domini volūtate. In acie distēt arbores ab īuicē magne. xx. pedib⁹. parue. x. Inter arbores ī aciebus plātari poterunt vites nobiles diuersoꝝ generꝝ que delectationē ⁊ vtilitatez afferēt. Ligonizent̄ acies vt arbores ⁊ vites melius ꝯualescāt ⁊ vniuersa spacia deputent̄ pratis atqz sepe de ipsis adulterine siue magne euellant̄ herbe. Secent̄ bis ī anno prata viridarij vt pulcriora remaneant Plantent̄ ⁊ forment̄ arbores vt supra in libro quinto dictū est ꝑ ordinē de vnoq̄z genere. Itē fiāt in eo pergularia in cōuenientiori ꝑte ad modū domus vel papilionis formata

De viridarijs regū et alioꝝ illustrium et diuitū dominoꝝ

Quoniam tales ꝑsone ꝓpter eaꝝ diuitias ⁊ potentiā possunt ī huiusmodi mūdanis reb⁹ integre sue satisfacere volūtati nec deest eis plerūqz nisi industria ordinādi. Sciāt q̄ viridariū multā delectationez habēs hoc modo facere pñt. Eligāt igit̄ locum planū nō paludosum neqz impeditū ab insufflatione bonoꝝ ventoꝝ in q̄ sit fluens fons ꝑ loca. Sit aūt loc⁹. xx. iugeꝝ aut pluriuz ꝑ domini volūtate. Cingat̄ muris cōuenienter altis. plantet̄ ī eo ex ꝑte septentrionis nemus arboꝝ diuersaꝝ in quo fugiant et lateāt aīalia siluestria in viridario posita. Ex parte vo meridiei fiat palacium

ſpecioſum in quo rex vel regina moꝛẽtur cum voluerint graues cogitatiões fugere animãq; gaudijs ⁊ ſolatijs renouare ab hac eni parte faciet eſtiuo tpe vmbrã viridario ⁊ ipſi⁹ feneſtre ad viridarium habe bunt tempatũ alſpectũ nõ feruoꝛe ſolis infectum.in eo fiat in aliqua pte viridarium vel viridaria ſupꝛadicta. Fiat etiã in eodẽ piſcaria in qua diuerſa genera piſciũ nutriant̃.lepoꝛes cerui capꝛioli cuniculi ⁊ ſimilia aialia nõ rapacia ponant̃ in eo Supꝛa quaſdã arbuſtulas ppe palacium poſitas fiat ſicut dom⁹ quedã tecũ ⁊ parietes habens de filo rameo ſpiſſe reticulato in qua ponant̃ faſiani pertices philomene meruli cardilini faynelli ⁊ omnia genera auicularum canentiũ.Sint aũt acies arboꝛũ viridarij a palacio ad nemus nõ ex tranſuerſo vt facili⁹ de palacio videantur que cũq; agunt animalia q̃ in viridario poſita ſunt Fiat etiã in dicto viridario palaciũ cuz taminatis ⁊ cameris de ſolis arboꝛib⁹ i quo poſſint rex et regina cum baronib⁹ vel dominabus eſſe tpe nõ pluuioſo.Huiuſmodi autẽ palaciuz fieri cõmode poterit tali modo menſurent̃ ⁊ ſignent̃ ſpacia vniuerſa caminate ⁊ cameraꝝ ⁊ in locis parietuz plantent̃ arboꝛes fructifere ſi placet que facile creſcant vt ſunt ceraſa ⁊ mali. Vel qõ meli⁹ eſt plantent̃ ibi ſalices vel bedelli vl̃ vlmi ⁊ tã inſitionib⁹ q̃z palis ⁊ pꝛicis ⁊ vinculis p plures annos eoꝝ pcuret̃ augmentum intantũ q parietes ⁊ tectũ formẽt̃ ex eis.Velocius vo ⁊ facili⁹ poterit palatiuz ſiue domus p̃dicta fieri de lignamĩe ſicco. ⁊ vndiq; circa ipſum plantari vites et vniuerſum edificiũ opiri.Poterũt etiã i ipſo viridario fieri tentoꝛia magna de lignamine ſicco vl̃ arboꝛibus viridib⁹ ⁊ viuib⁹ operiri.Amplius multã afferet delectationez: ſi in viridario fient inſitiones mirabiles ⁊ diuerſe in eiſdẽ arboꝛib⁹ quas diligens viridarij cultoꝛ facile ſcire poterit ex bis que infra in eodez libꝛo dicent̃.Preterea ſcire oportet q omnia genera arboꝝ ⁊ herbarũ in tali viridario ſunt ponẽda vnũquodq; ſeparatũ ab alio ⁊ diſtinctũ ne aliquẽ inueniantur habere defectuz.In tali itaq; viridario nõ ſemp delectet̃ rex ſed aliqñ cum ſerijs neceſſarijſq; ſatiſfecerit reb⁹ renouet̃ i eo gloꝛificans deũ excelſũ qui bonaꝝ omnium delectationũ auctoꝛ pncipiũ eſt ⁊ cauſa. Nam vt egregie ſcripſit Tulli⁹ non ad ludum ⁊ iocũ nati ſum⁹ ſed ad ſeueritatez poti⁹ et quedã officia grauioꝛa.Illo tamẽ vti qñq; licet cum ſerijs neceſſarijſq; ſatiſfacerimus rebus

¶De his que ad delectationẽ fieri poſſunt in munitionib⁹ curiarũ et viridariorum

Circa tumbas et curias ſiue circa viridaria ꝓgrue fieri poſſunt munitiones ex arboꝛibus viridib⁹ ſimiles munitionibus muroꝝ ſeu palanchati ſtricate vel ſtertate cũ turribus ſiue bimfredis boc modo in ſummitate ripaꝝ cingentiũ locũ liberaꝝ optime ab omnib⁹ ſpinis ⁊ arboꝛib⁹ veteſtiſ pfunde plantent̃ ſalices vel populi ſi ſoluz competat eis vel vlmi ſi diligãt talẽ terrã ſpiſſe p vnuz pedẽ vel minus et linea recta ducta.be optime ligonibus ⁊ ſtercoꝛe pcurentur.⁊ cum optime cõualuerint incidãt iuxta terrã.et ſequenti anno ſurculoꝝ p̃lees ploca linee quaternis digitis inſpiſſentur ⁊ cum palis pertices et vinculis ſurſuz ducantur directe donec augmentũ octo vl̃ decem pedum ſuſceperint. In ea altitudine cum aliqualiter ingroſſate fuerint incidantur.Infra loca vero munitionis p q̃n q; pedes vel circa ſimiles plante tempe puꝛum ponãtur decẽ pedibus eque diſtantes.que cum in p̃dicta fuerint altitudine incidantur ⁊ cũ auxilio pertiqaꝝ verſus proximas ⁊ verſus exteꝛiores plicent̃ plantas et exteꝛiores ſimiliter verſus eas.et ſic totiens quolibet anno fiat donec quaſi cratis quedã fortis effecta ſit ſupꝛa quam poſſint homines ſecure moꝛari.Deinde ps exteꝛioꝛ dimittat̃ augeri ad modũ muri ſup̃ curſoꝛiũ poſiti que in altitudine ꝓgrua q̃libet

anno incidi cum forma merlor ſuper muris poſitor poterit ⁊ tali modo teneri. Circa tales munitiones in angulis ⁊ alibi ſi placuerit poterũt quattuor arbores plantari et ſurſum directe cõduci ⁊ ſingulis decem pedibus incidi. ⁊ verſus ſeipſas plicari cũ auxilio perticarũ ⁊ velut ſolaria ex eisdem fieri. ⁊ iterꝝ in altum extolli ⁊ eodẽ modo formari. ⁊ tandẽ deſuper plicari ad modũ tecti domor vel cũ merlis formari. Supra tamen vero optime ſtabit domus ⁊ añ ipſam ſolariũ arborũ ꝓdictarum. In curtibus etiam ſiue viridariis poteſt fieri dom⁹ cuius columnis viridib⁹ ipſis iam groſſis optime tranſplãtatis. et trabibus ſupra ipſas affixis ⁊ tecto cannarꝝ vel palearũ opertus. dum aliquis tamẽ ramus ex ſingulis columnis emineat ſupra tectũ qui ipſam columnaꝝ ſemper ab ariditate tuebitur et domũ ipſaꝝ mirabiliẽ ab eſtiuo feruore defendet

De his que in campeſtribus agris fieri ad delectationẽ poſſunt

Agris plurimũ delectat pulcer ipſorꝝ ſitus. Amplius q nõ ſint plures deformes agelli ſed magna quãtitas in vnũ ſine interuallo redacta directos habens confines ⁊ ideo ꝓcurare debet diligens paterfamilias ꝑpe ſuos agros potius q̃ alibi emere. et i alijs ꝑtibus agellos vendere ⁊ cuꝝ vicinis ꝑmutare ꝑtes ſuperfluas ⁊ tortuoſas agrorꝝ ⁊ ſuũ agrum cũ vicino rectificare ⁊ omnes locum foſſatis ⁊ ſepib⁹ ſpinorꝝ viridiũ cuꝝ arboribus viridib⁹ conuenientib⁹ ꝑmixtis eque diſtantib⁹ cingere atq; foſſata parua ſcolatoria que in planis neceſſaria ſunt intrinſeca recta formare quantũ poſſibile ẽ. ſeruata ſemp vtilitate agrorꝝ. delectationes enĩ vtilitas ꝑcedere debet in agris licet i viridarijs oꝑpoſitũ ſit ſeruanduꝝ. et ideo que cunq; in eis maiorẽ frugũ pollicẽtur vbertatem ſunt meliora ⁊ magis eligẽda. Amplius ꝓcuretur ꝓ poſſe q̃ ꝑ agros aquarũ riui decurrãt. quib⁹ poſſint cũ op⁹ fuerit irrigari ⁊ ab eis cum neceſſariũ ſit auerti. Ider ſpacioſos agros formenꝫ etiam itinera congrua quib⁹ paterfamilias eques et pedes ⁊ coloni cũ plauſtris aut bobus cõmode accedere poſſint ad omẽs ꝑtes agrorum. hec enĩ omnia plurimũ cuꝝ vtilitate delectant

De his que circa vites et fructꝰ ipſarꝝ delectationẽ prebent

Plurimũ delectat habere pulcra vineta in planis ſiue paruis montibus oriẽti oꝑpoſita diuerſorꝝ generꝝ vuas ferentia. ⁊ ideo diligenter ꝓcuret domin⁹ ea in congruo ſitu plantare. ⁊ in locis pinguib⁹ in arborib⁹ et pergularijs ea formare. In exilibus vo iuxta ſolũ in directis acierbus diſponere atq; plurimũ bonorꝝ generũ vuas in his conſerere. Inſitiones q̃ mirabiles in eisdẽ experiri que ab antiquis ſapiẽtibus ⁊ precipue a Palladio poſſe fieri ꝓdicant. Quarꝝ vn⁹ modus eſt q̃ plantet vitis iuxta ceraſũ vel aliam arborẽ. ⁊ cũ optime cõprehenderit ⁊ qualuerit ꝓforet arbor acuto terebro ⁊ per foramen vitis ducat ⁊ ceraſuꝝ luto ab vtraq; parte obturet firmiter ne ſol aut pluuia vel ventus conſolidationẽ impediat. Deinde cũ lignũ vitis optime cum ligno arboris vnitũ fuerit iuxta cortice arboris icidatur vitis vt deinceps ſucco arboris nutriatur. ſic enĩ vua fertur tempe fructuuꝝ arboris maturari. Eſt quidã modus faciendi vitem ⁊ vuã tyriacã aut muſcatã vel garioſilatam vel laxatiuã vel alteri⁹ qualitatis. Qui ſic fit. Sarmentũ quod eſt pangẽdũ in vna ꝑte ſcindat et ſublata medulla loco eius tyriaca vl muſcus pulus garioſilorꝝ vel ſcamonee vel alteri⁹ rei ponat et terre mandet vinculo diligẽter aſtrictuꝝ. quo facto vua que naſcet virtutẽ eius quod in vite poſitũ eſt tenebit. Sane ſi ſarmentuꝝ de hac vite ſumatur ⁊ plantet materni medicaminis potentiã nõ tenebit. oportebit autem tyriace vel alteri⁹ rei aſſit va infuſione ſeneſcẽtis ſucci vim reiterare. Sꝫ ⁊ idem fieri breuius puto poſſibile ſi in imo ma-

turitatis vuaꝝ ſcindatur ſarmentū vuē pē dentis ⁊ medicamine immiſſo ligeī. Eſt q̄ dam pulcra ſpecies vue que granis interi oribus caret que grecis auctoꝛib⁹ recitan te ꝑalladio ſic fit. Sarmentū q̄ obruen dum eſt quantū latebit in terra tantū ſcin dere debemuſ vt omni medulla ſubtracta ac diligēter exſculpta mēbra itē diuiſe p̄ tis adunare ⁊ vinculo diuiſa ꝓſtringere et deponere. Vinculū aūt de papiro aſſerūt faciendū. ⁊ ſic in humida eſt terra ponen dum. Diligenti⁹ quidē ſarmentū reuinctū quantuꝝ inciſum aut exciſum inter ſquille bulbū demergant. cui⁹ bñficio aſſerunt ſa ta omnia cōp̄hendere poſſe facili⁹. Alij tpe quo vites putāt ſarmentū frugifeꝝ puta te vitis in ipſa vite quā poſſunt de alto ſub lata medulla excauāt non diuiſim. ⁊ cala mo affixo alligāt ne poſſit inuerti. tunc co pon tenaicon q̄ greci ſic appellant in exca uata p̄te ſuffundunt. ex aqua p̄i⁹ ad ſape pinguedinē reſolutū ⁊ hoc tranſactis octe nis diebus ſemp renouāt donec germina nouella p̄cedāt. Ut vitis botriones ferat albos ⁊ nigros ſic fieri greci tuſſerunt. Si vicine ſunt vites nigra ⁊ alba putentuꝝ ſar menta vtriuſq; ſic diuiſa inter ſe coniunge vt medios vtriuſq; oculos equādo poſſis reddere vnitati. tūc papiro ſtricto ligabis ⁊ molli atq; humida terra linire curabis. ⁊ i terlectis trimis diēb⁹ adaquare donec ger men noue frondis erūpat. hinc exemplo tē pore poteris gen⁹ efficere p̄plura ſarmēta Quidaꝝ exptus mihi aſſeruit ſe inſeruiſſe ſurculū album ⁊ nigrū in vna vite cōtinu atis ſummitatib⁹ gemmaꝝ corticula tamē gemmarū de medio ſublata ⁊ optime com p̄hendiſſe. Vel poteſt hoc fieri exceptis du obus ſurculis ⁊ diuerſis ⁊ iunctis ocul'di uiſis ſimul ⁊ optime ligatis tanq̄ ſit vnus ſurcul⁹. vel duab⁹ gēmis diuiſis ⁊ iunctis cum modica q̄ntitate ligni ⁊ in loco gēme inſertis. Plurimū etiā delectat habere vi neam diuerſoꝝ generꝝ colorꝝ et ſaporꝝ. et iō diligens paterfamilias tēpeſtiue qualdaꝝ colligat vuas vt vinū habeat acerbū. qual dam bene maturas vt potens. qualdaꝝ ni mium maturas vt dulce. Faciat etiā vina diuerſoꝝ colorꝝ cū rebus colorātibus et ſa porem non corrūpentibus. faciat etiā ea di uerſoꝝ ſaporꝝ cū rebus odoꝛiferis ⁊ ſapo rem nouū retribuētib⁹. in q̄bus delectetur odoꝛ ⁊ guſt⁹ que in aliq̄ p̄te mixtim in cal dario ad ignem mittant. ⁊ dimittāt donec optime vnū illo ſapore vel odore infectuꝝ fuerit. et tunc in vas in quo ſit ſimile vinuꝝ vel alteri⁹ generis immittat ⁊ ſeruet vſui moꝝ futurū. Bonū eſt etiā habere medici nalia vina q̄bus vtat cui⁹ coꝛp⁹ ad aliquā egritudinē facile ſit declinās. hoc quidē fi et cum medicine ſimplices vel cōpoſite cō tra illā egritudinez habētes virtutē p̄dicto modo miſcebunt vino. Procuret etiaꝝ ſp habere in domo agreſtū ⁊ ſatpā vuas paſ ſas acetū et ſimilia que facias ꝑm modos ſupra in libro q̄rto notatos. Multū enim delectat animū tā p̄o ſe q̄ꝝ p amicis q̄ apte tit facile inuenire. Si botrio poſtq̄ deflo ruit mittat in vaſculū terreū vel vitreū par uum tamē. ex toto botrione dicit fieri vnū granum.

¶ De his que circa arboꝛes delectationem augent

Ex hiſ que patrem familias delectāt eſt habere in lo cis ſuis copiā bonaꝝ arboꝝ ⁊ ge nerū diuerſoꝝ. Et ideo p̄curare debet vbi cunq; inuenit arboꝛes nobiles afferentes fructus. inde ad loca ſua trāſferre ⁊ planta re ſiue inſerere de eiſdē et nō inoꝛdinate vt fere omnes faciunt: eas diſponat. ſed in cō gruis oꝛdinib⁹ videlicet magnaꝝ arboꝝ genera rara vt in ramis dilatari poſſint. et ſupfluis vmbris nō cōſumāt fertilitatem agroꝝ. Eas vero q̄ parue ſua natura pue niunt ſpiſſioꝛes ponere poteſt ⁊ vnūq̄q; genus foꝛmare ꝑm naturā ipſi⁹. Amplius maioꝛes a p̄tib⁹ ſeptētrionis ⁊ occidentis ponere debet. Minoꝛes vo ab oꝛiēte ⁊ me ridie. hoc enī modo frumēta que patēti le tant cāpo minoꝛē ſentiēt leſionē. Preterea

insitiones faciat mirabiles ⁊ diuersas ĩ eo dem vel diuersis truncis que valde ammirabiles se oñdunt his qui experimento in talibus probant. Nã infinitoꝝ piroꝝ ⁊ malorum genera ⁊ cicomoꝝ ⁊ nespili ⁊ sorbarum ⁊ similiũ in eodẽ trunco inseri possũt Inseritur etiã malus in salice ⁊ populo. et vitis ĩ vlmo ⁊ moro. Itez si ꝑsicus inserat̃ in spinam faginã ꝓueniunt escula maiora ⁊ meliora alijs. Et si amigdalus ⁊ ꝑsicus coniunctis oculis inserant̃ in pruno erunt eorum poma carnẽ persicoꝝ habentia ⁊ ipsorum ossa imitabunt̃ amigdaloꝝ naturã Morus etiã inseri potest in vlmo sed magne parturit infelicitatis augmẽta. Asserit marcialis candida grana in malispunicis fieri si argille ⁊ crete quartã ꝑtem gypsi misceas ⁊ toto triennio hoc genus terre radicibus eius adiungas. Idẽ dicit mire magnitudinis eius poma fieri si olla fictil' obruatur circa arborẽ punici ⁊ in ea ram⁹ cũ flore claudatur ne resiliat ligatus ad palũ tunc cooperta olla cõtra aque muniat̃ incursus autumno patefacta sue magnitudinis exhibebit poma sed etiam de mense maij ⁊ iunij posse fieri cõmodius affirmatur. Varro autẽ aliter specificat modũ dicens. Si malapunica immatura cuz hereant in sua virga demerseris in ollã sine fundo. eaqz sic obieceris in terraz ⁊ operueris circa ramũ ne extrinsecus spũs afflet ea nõ modo integra eximi sed etiã maiora q̃z in arbore vnq̃z pepẽderũt. Ut varios fruct⁹ vna ficus exhibeat. ramos duos nigre ⁊ albe ita inter se vinculo stringe et torq̃ vt germina miscere cogant̃ sic obruti ⁊ stercorati ⁊ humorib⁹ vniti vbi ꝓdire ceperint germinantes oculos aliqua sibi annexione conglutina. tunc germen adunatũ ꝑturiet duos colores quos vnitate diuidat ⁊ diuisione coniungat. Rosas nondũ patefactas h̃ modo seruabis. In canna viridi stante scissa recludas ita vt patiaris coire scissuram ⁊ eo tꝑe cannã recidas quo rosas virides habere volueris. Aliqui vero olla rudi cõditas ac bene munitas sub diuo obruunt ⁊ reseruant Cerasa vt sine ossibus nascant̃ sic asserit marcialis fiendũ. Arborẽ tenuẽ ad duos pedes recides ⁊ eã sic tenerã existentẽ vsqz ad radicẽ findes. Medullã partis vtriusqz abradere ferro curabis et statĩ vtrasqz ꝑtes vinculo stringes ⁊ oblinis fimo summã ꝑtem ⁊ laterũ diuisuras. et p⁹ annũ solidat̃ dicta cicatrix. hãc arborẽ surculis q̃ adhuc fructũ nõ attulerint inseres. ⁊ ex his sine ossibus poma nascent̃. Si ramus ꝑu⁹ cerasi scindat̃ ⁊ loco medulle ponatur scamonea. fruct⁹ illi⁹ rami eo anno laxandi virtutẽ acquiret. Et si muscus ponatur ibidẽ eius acquiret odorem. et sic de alijs reb⁹ ⁊ fructib⁹. Et si azurrũ ponatur ibidẽ vel alius color illius colorẽ acquiret. Affirmantib⁹ grecis persic⁹ scripta nascet̃ si ossa eius obruas. ⁊ post septẽ dies vbi patefieri ceperint apertis his nucleos tollas et his cynabori quod libet inscribas mox ligatos simul cum suis ossib⁹ obruas diligentius adherẽtes. Sine ossibus persica fiunt si persicus ⁊ salix ꝓpe plantent̃. deinde inclinata salice ad modum arcus perforet̃ in medio ⁊ ꝑ foramen ꝑsici planta ponat̃ ⁊ cera vel luto ꝑfecte obturet̃ foramen. Et vsqz supra ipsum terra cumulet̃ et cuz anno vel biennio trãsacto persici et salicis lignũ vnitũ fuerit sub arcu salicis ꝑsic⁹ incidat̃. vt ex solo salicis humore alatur

¶ De delectationib⁹ ortorũ et herbarum

Quoniam multũ delectat ortũ bene dispositũ ⁊ idustria sufficiẽti cultũ habere. Ideo paterfamilias diligenter ꝓcuret habere ortum in solo pingui ⁊ soluto cui fons vel riuus si fieri potest ꝑ spacia discreta diffluat vt possit inde irrigari tẽpe magni est⁹. Ibi omnia genera herbaꝝ bonaꝝ tã comestibilium q̃z medicinaliũ nutriat vnũquodqz ſm q̃ requirit natura eius in areis rectis. ⁊ cum extenso fune ⁊ latitudinis modo formatis equaliter ꝓut in libro sexto plene traditum est. Fimũ in eo semꝑ habeat abun-

danter ne propter macredinē tedio conspi
cientem afficiat. Et vt plenius delectet res
inusitatas operet in eo. Possunt enī in eis
quedā naturalia fieri que quibusdā mira
culosa videnť. Nam si capuni stercoris ba
cam subtiliter subula excauaueris ⁊ ī ea se
men lactuce nasturcij eruce radicis immi
seris ⁊ tunc inuolutā fimo bacam terre op
time culte breui scrobe dimerseris. rafanus
vertitur in radicē semina cetera in summo
lactuca pariter emergente pullulant. singlo
rum sapore seruato. Si plura semina por
rorum. id est. plures porrinas in vnum li
gatas deposueris grandis ex omnib⁹ na
scetur porrus. Itē si capiti eius semen imit
tas sine ferro ⁊ pangas multus increscere
fertur. vel plura semina in vnū strictum fo
ramen posita omnū pullulatio in vnum
grande porrum cōcrescet. Si aquā in pa
tenti vasculo sub cucumere vl̄ citrullo aut
cucurbita ponas duob⁹ palmis inferiores
tales fient. Aliqui florē cucumeris cum vi
ticule sue capite abscisō. intelligit Alber⁹
canne inserunt cui prius omnes nodos p
forauerant. ibi cucumer nascet mīra lon
gitudine tensus. Oleū sic metuit vt si iuxta
posueris velut arcus plicetur. quotiēs to
nat velut timore ductus conuertit. Si el⁹
florē sicut ī vite sua est in forma fictili clau
seris ac ligaueris qualis vultus formā vel
hominis vel animalis habuerit tales cucu
meris figuram prestabit. Hec omia Gar
gilius marcialis asserit. Rem miram de
ozimo Marcialis affirmat q̄ modo pur
pureos. modo albos flores. modo roseos.
et si ex eo semine frequenter seratur modo
in serpillum et modo in zinziberū mutetur
Hermes autem dicit q̄ cucurbita in cine
ribus ossium humanorum plantata ⁊ oleo
rigata nono die habet fructū. Et quod mi
rabile est semina que in vase cucurbite sūt
in sublimi nata faciunt cucurbitas longas
⁊ exiles. que autē in medio eius nascuntur
faciunt grossas. Et que in pfundo iacent fa
ciunt latas

Incipit liber nonus De omni
bus animalibus que nutriuntur i
rure

In superio
bus libris dictū est d̄ cul
tu agroꝝ vinearū arboꝝ
ortoꝝ pratoꝝ ⁊ nemorū
et d̄ omni vtilitate eo⁹. et
etiā de bis q̄ ad delecta
tionem spectāt tā in viridariis q̄z in mira
bilibus ex herbis ⁊ arborib⁹ artificiose agē
dis. In hoc aūt nono libro dicet de aīalib⁹
que ppter vtilitatē et delectationē nutriūt
in rure. Verū ne antiq̄tas ignoret. sciendū
est vt ait Varro egregius pBus q̄ primis
tpibus fuerunt animalia ⁊ homines sem
per q̄ naturaliter viuebāt ex bis reb⁹ quas
inculta terra ferebat. Ex hac vita in secun
dam descenderunt agricolturā videlicet ⁊
pastoriciā. Et ppter vtilitatē ceperūt cole
re agros ⁊ fructꝰ pcipere. plātare arbores
vtiles ⁊ colligere fructꝰ. Item dep̄hendere
aīmalia ꝓcludere ⁊ mānsuefacere ipa. et pri
mo ceperūt oues ppter vtilitatē ⁊ facilita
tem. Hec nāq̄z maxime natura quiete sunt
⁊ ad vitā hominū aptissime Ad cibū enim
lac et caseus competūt. Ad vestitū vō pel
les et lana. Deinde autē ceperunt ⁊ dome
sticauerūt animalia cetera q̄ humano ge
neri vtilia esse ppenderūt. Et adhuc ex om
nibus generib⁹ domesticatis multa silue
stria esse affirmant in locis diuersis. Mā in
frigia multi dicunt esse ouū feras greges.
in samotrace capre. In italia multas esse
sues feras nemini est ignotū. In dardania
media et tracia multi boues feri. Asini feri
in frigia et caonia. Equi feri in hispania ci
teriore Bicā itaq̄z de animalib⁹ nutriēdis
que scire potui tā ex doctrina prudentium
antiquoꝝ q̄z experientia modernoꝝ. Et qa n̄
omnes pomia sz certi p certa peritiores vl̄
minus periti inueniunt. supplementū hui⁹
opis relinquo viris marie exptis in talib⁹
Mā vt ait philosoph⁹. Exptia facit artē
⁊ plenius ea cui naturalis ratō est annexa

Verū quia inter cetera animalia equ⁹ cen
ſetur nobilio⁹ et magis ceteris neceſſarius
tam regib⁹ q̄ alijs p̄ncipibus tpe bellorū q̄
pacis q̄z p̄latis eccl̄ie q̄ p consequens ce
teris dicā primo de ipſis pleni⁹. de ceteris
ſub compēdio q̄bus multa de genere eq̄ū
dicta poterunt adaptari ꝓpter affinitatem
nature ipſor

De etate equor et equar

Reges equorū

Q̄requarū q̄ habere voluerit p̄mū
vt ait varro ſpectare oportet eta
tem. Videat ne ſint minores triū annorū
maiores decē annor. Etas cognoſcit eq̄ū
q̄ fere omniū que vngulas indiuiſas bīt q̄
etiam cornuta ſunt vt idem ait. q̄ ſimiliter
Palladi⁹ q̄ equ⁹ in .xxx. menſibus primū
dentes medios dicit amittere duos ſupio
res q̄ totidē inferiores. Incipiētes quartū
agere annū eiciunt totidē p̄rimos. q̄ p̄mi ſ
electis totidē renaſcunt. Quinto anno in
cipiente amittūt ſili⁹ quattuor .ſ. duos ſupe
riores q̄ duos inferiores p̄dictis primos.
qui renaſcētes ſexto anno impleri incipiūt
Septimo habere oēs ſolēt renatos q̄ cō
pletos. Cū autē ſunt maiores cuius etatis
ſint intelligi negāt poſſe p̄terq̄z cū dentes
ſint facti brochi. ad ē. plicati. q̄ ſuperciliā ca
na q̄ ſub eis lacus. i. ꝓcauitas. qō cū aſp̄eru
erit dicit habere .xvj. annos. Vir autē pru
dens q̄ exptus noſtris tpib⁹ ait q̄ equ⁹ ha
bet .xij. dentes .ſ. ſex ſupiores et ſex inferiores
qui oēs ſunt anteriores cū q̄bus cognoſcū
tur etates q̄ tpa equor. Deinde habēt ſca
lones q̄ poſt illos habent molares. Et po
teſt eſſe q̄ quidā equi plures habēt et tunc
dentes ſunt dupli. Et poteſt eſſe q̄ equ⁹ eiī
ciat ex bis aliquos et ampli⁹ nō renaſcan
tur. q̄ non nocet equo niſi ad paſcendum.
quoniā ipſi p̄ dentes anteriores paſcūtur.
q̄ ideo erit minoris p̄cij. et maſticare equo
rum eſt p̄dētes molares. Dentes aūt p̄mi
quos ipi mutāt ſunt duo inferiores q̄ duo
ſuperiores qui vocātur primus moꝛſus. q̄
tunc vocatur pullus primi moꝛſus. quod
quidez fieri dicit ſecundo anno. Et poſtea
mutat alios quattuor dentes p̄rimos ſcz
duos ſuperiores et duos inferiores q̄ vo
cantur medij q̄ ſecūdus moꝛſus. q̄ tunc vo
catur pullus ſecundi moꝛſus. Deinde mu
tat alios quattuor ſcz duos ſupiores q̄ duo
os inferiores qui vocātur quadrati et ter
tius moꝛſus. et tunc vocat⁹ equus et habet
tres annos. Et quando pullus naſcit cuz
canchis naſcuntur. et poſtea naſcūtur ſcalo
nes. Et quandoq̄z illi ſcalones naſcuntur
nimis longi adeo q̄ equū impediūt anno
nam molere q̄ impinguari. ꝓpter quod
mariſcalchi ſcalones reſecant. Et quādo
pullus fact⁹ eſt equus dentes ei⁹ ſunt ra
riores. q̄ capita dentiū fiunt nigra q̄ elonga
tur q̄ p aliquos annos ſtabūt caui. Et cum
incipit ſeneſcere color dentiū reuertitur ad
albedinē q̄ tranſit ad colorez mellis et poſt
hoc fiunt albi vt color pulueris q̄ fiunt lon
giores. Sed ipſa dentiuz longitudo eſt ali
quando p̄ naturā abſq̄z ſenectute ꝓpter quā
cauſam reſecant ſenib⁹ dentes vt iuuenes
eſſe credantur

De forma bonarum equarum et admiſſuris qualiter teneri q̄ ad mitti debent

Dmā eſſe opor

Tetet vt ait Varro magnitudie me
dia q̄z nec vallas nec minutas de
cet eſſe equas clunibus ac ventrib⁹ latis.
Equos quos ꝓpter admiſſurā velis ha
bere legere oportet amplo corpe formoſos
nulla parte corporis incongruoſ. Equinū
pecus paſcendum in pratis potiſſimū ber
ba. in ſtabulis ac preſepib⁹ aridō feno. Cū
pepererint ordeo adiecto bis in die aqua
data. Horum feture initium admiſſionis
facere oportet ab equinoctio verno ad ſol
ſticium vt partus idoneo tempore fiat ſci
licet multarum herbarum vt mater habeat
abundantiam lactis. Ex hoc enī corpus et
membra pulli grandiora fiēt. Duodecimo
enim meſe die decimo naſcuntur vt noſca
tur. Que poſt ipſum tpe naſcunt inutilia

Cura Omnes fere lesiones que tergo accidunt. habēt principium a tumore. vñ cum p̄ncipijs sit obstanduz statim cum videtur tumor fieri in aliqua parte dorsi cuz rasorio illa tumefactō abradat̄. deinde fiat emplastrū de farina tritici attaminata decenter. ⁊ cum oui albumine agitet̄ ⁊ ea sup linea pecia posita sup tumefactionē ponat̄ nec remoueat̄ inde violēter emplastruz. sz cum leuiter videbit̄ tolli posse tollatur. et si putredo erit ibi cōgregata coriū cuz ferro cuspideo aliquantulū calido in ꝑte inferiori tumefactionis ꝑforet̄ vt inde egrediatur putredo. Post hoc vero sepe vngat̄ in die cū aliquo liquido vnctuoso. Fiūt etiam q̄nq̄z rupture vel excoriationes in dorso equi ex oppressione oneris vt p̄dixi. vel occasione alicuius baroli vel carbunculi ex superfluitate sanguinis generati que illico debent radi. et superaspergi assidue puluis calcis viue cū melle combusto. vt in muri capl̄o edocet̄. ablutis prius vulneribꝰ cum vino calido vel aceto. Et caueri debet a sella vel alio simili dū liberatꝰ existit Sciendu3 est tamē ꝙ vbicūq̄z fuerint tumefactōes ī dorso vel tergo equi subueniri debet cum emplastro farine tritici agitati cū oui albumine vt superiꝰ dixi. Et in omnibꝰ planis lesionibus solidādis supponunt̄ hi pulueres videlicet mirtū siccū puluerisatū. vel gola leuis puluerisata vel pecia lini cōbusta vel coriū aptatū cōbustū vl̄ putredo ligni putrefacti q̄ carolus vocat̄. Sz sup omnibus alijs sup̄dictis dictꝰ puluis de calce ⁊ melle mirabiliter opatur. ante tñ appositionez puluerꝫ p̄dictoꝝ. lesiones semꝑ ablui debēt decenter cum vino calido vel aceto. Et vt pili post solidationē carniū renascantur testa auellane vel testudinis combusta teratur. et cū oleo agitato sepius vngatur. Ad idez valet carta bombicina vel bombix cōbustus et cū oleo agitatus. Itē nota ꝙ sal ī aqua sufficiēter infusum vel in aceto q̄d ē meliꝰ multū valet ꝯ omnē tumefactiōz incipientē in dorso

De morbis qui accidūt in cruribus et pedibꝰ equi et alijs quibusdam et primo de morbo malferuti et cura eius

Completo tractatu lesionum tergi sequitur de his que accidūt in cruribꝰ ⁊ pedibꝰ ⁊ quibusdam alijs membris. et p̄mo d̄ morbo malferuti qui veniens in lumbis equi

dolores in eis vel in renibus equi infert. at trahens neruos lumborū ⁊ renū incessanter qui subito accidit ex superfluitate malorum humorū ⁊ aliquando ex frigiditate diu ante assumpta ⁊ sepe accidit ppter superfluum ⁊ immoderatū pond⁹ in equi tergo. improuide posituꝫ. vñ equus vix potest se ex pte posteriori erigere vel crura decenter leuare ⁊ hic morbus vulgariter dicit malferut⁹. ¶ Cura ¶ In hac egritudine renes vel lumbi equi patientis optime abradant. deinde fiat ibi strictoriū tali modo. Accipiatur pix nauālis et liquefacta decenter ī q̄dam pellicula extendat ad longitudinē et latitudinē lumboꝝ vel renū. deinde accipiatur bolū armenū. armoniacuꝫ. pix greca. galbanū. olibanuꝫ. mastix. sanguis draconis. galla. equali pondere ⁊ omnia ista terāt ⁊ decēter puluerizata supaspergant sup picem predictā aliquantulū calefactam ⁊ ponatur sup renib⁹ patientis pilis abrasis ⁊ inde non moueat donec leuissime poterit remoueri. Ad idē aliud strictoriū melius. Accipiat consolida maior. bolū armenuꝫ. galbanū. armoniacū. pix greca. mastix. olibanum. sanguis draconis. sanguis eq̄nus recens vel siccat⁹. tantū vero de mastice pice greca ⁊ olibano quantū de omnib⁹ aliis ⁊ puluerizent simul vel p se vel cū albumine oui ⁊ bona quantitate farine tritici misceātur ⁊ sup vna pecia forti de lana bene extēsa ponātur. et fiat p omnia vt de p̄cedenti dixi emplastro. Itē ad idē remediū vltimū ¶ Renes vel lumbi patientis decenti ferro calidissimo coquant crebras ⁊ multas lineas p longū ⁊ ex trāsuerso faciendo ab vna parte renū vsq; ad aliā ptendentes. Nam supradicta emplastra renes cōsolidant humores exiccāt neruos mitigāt ⁊ ignis carnes deliccat attrahit ⁊ coartat

¶ De morbo sculamati et cura eius

Accidit hec egritudo que vulgo dicit sculamat⁹. que mouet ⁊ sepat caput ancbe ꝺ loco vbi stare naturaliter debet ī motu vel cursu equi cum pes labitur vltra velle. vel cum versus terrā premitur indirecte. Accidit etiam aliquando quādo pedes posteriores equi retinis vinculant ¶ Cura ¶ Donatur astalata conueniens per vnuꝫ semissem sub lesō capite ancbe. vt humores qui ad locū cōcurrerunt per astalatā viaꝫ habeant exeundi. et locus circū circa manibus sepe premat vt egrediatur putredo. et paruo passu moueat equus vt humores facilius exeant propter motū. Deinde fiat strictoriū tali modo. Accipiatur pix nauālis et greca. olibanuꝫ. et mastix. et aliquantulum sanguinis draconis. ⁊ tantū ꝺ pice nauali quantū de omnib⁹ aliis ⁊ puluerizentur. et simul cū pice nauali omnia liquefiant. et tantū calida quātū pati poterit ponantur in capite ancbe lese extensa. et super ea ponatur stupa minute incisa. Ad idem valet si ponātur in loco leso setbones qui assidue humores ibi venientes expellant. Ad idem qꝺ vltimū est remediū locus lesus ancbe tā per longū q̄ꝫ ex transuerso decentibus lineis decoquatur vt restringantur humores

¶ De lesione spallati et cura eius

Accidit ī spalla lesio vt i ancba ex eisdem causis. et etiam ex ictu calcium alicuius eq̄ que curatur eodem modo vt ancba. et de lesione eius dictum est supra prime

¶ De egritudine pectoris et cura eius

Accidit quādoq; q̄ pectus equi ex superfluo sanguie vel labore vel onere aggrauat intantū q̄ equ⁹ videt in motu anteri⁹ aliqn tulum impediri. ¶ Cura ¶ Cōsuete vene sufficienter ab vtraq; pte pectoris minuāt Deinde setbones ponant sub pectore. quibus agitent in die vt in capitulo vermium dixi. et vsq; ad quindecim dies non tollantur ab eo

¶ De morbo zarde et cura ei⁹

Licet supra dixe/
l rim morbū zarde naturaliť equo
euenire tamē ⁊ accidētaliter ei cō/
tingit cū immoderate oppressus est et cre/
bris equitatib⁹ festinat⁹ ꝓpter debilitatē ⁊
teneritatē ipsoꝝ. Citi⁹ tamē accidit in cruri
bus equi supflue impinguati cum oportz
eū equitando subito fatigari. quoniaz dis/
soluūtur ex dictis causis humores supflui
⁊ ad crura descendūt. vnde fiunt zarde i ga
recto vt supra dixi. ¶ Cura ¶ Cum videť
equus in garectis tumefieri ad modū nu
cis vel ampli⁹ exterius vel interi⁹ statim
subueniať cum decēti decoctiōe ꝑ longū et
obliquū ī tumido loco. Et zardis decoctis
sterc⁹ bouinū calidū cum oleo calido agi/
tatū superponať semel tantū nō amplius.
Deinde retinis ⁊ pedicis tā anteri⁹ q̄z po
sterius taliter alligeť ꝙ equ⁹ cocturas ore
nullo modo carpere possit nec ad aliuz pe
dem fricare. nec ī aliquo loco duro ne pos
sint excoriari cocture. Nā ꝓpter assiduum
cocturarū pruritū equ⁹ auide fricat ꝛ mor
det locū decoctū. ⁊ a die coctionis vsqz ad
dies. xj. erit hoc diligēter seruandū. Excori
ato vel sepato corio a lineis cocturaꝝ qđ ī
ix. vel. x. dieb⁹ contingit equ⁹ in aqua frigi
da velocissima teneať a summo mane vsqz
ad mediā tertiā ita ꝙ aqua tangat et supet
cocturas p̄dictas. Eo vero ab aqua remo
to sup lineis cocturarū puluis terre subti/
lissim⁹ vel cinis filicis aspergať vt dixi Idē
etiam in sero fiat vt teneať in aqua ab ho/
ra vespertina vsqz ad solis occasum. ⁊ pul
uis supaspergať vt dixi. Et ꝯtinueť hoc om
ni die mane ⁊ sero donec ignis fuerit soli/
datus decēter Nā aqua velox ⁊ frigida hu
mores desiccat ⁊ vlcera ignis ꝯsolidat ⁊ cō
stringit. Et nota ꝙ in omni coctura debet
equ⁹ diligētissime custodiri ne cocturā pos
sit mordere vel in aliquo loco fricare quia
ex nimio pruritu locū dentib⁹ vsqz ad ner/
uos ⁊ ossa morderet

¶ De morbo spauenij vel spanenij et cura eius

Hic morb⁹ fit cir/
b ca garectū intrinsec⁹ ex latere ga
recti. paulo inferi⁹ inflationē in/
ducens circa venaz nigrā que diciť fonta/
nella trahens humores ꝑ venā magistraz
assidue. vñ equ⁹ fatigat⁹ cogiť dolere. ⁊ hec
lesio accidit equo ꝑ omīa velut zarda ⁊ vo
catur spaueni⁹. ¶ Cura ¶ De p̄dicta ve/
na sanguinis trahať intantū ꝙ ꝑ se sangui
nem non emittat. Deinde tumefactio spa
uenij per longū ⁊ obliquū decentib⁹ lineis
decoquať. Et fiat ꝑ oīa vt in dicto zarde ca
pitulo cōtinetur

¶ De curua et cura eius

Fit egritudo hec
f subtus caput garecti. in magno
neruo posteriori eiusdē tumefa/
ctionē aliquā faciens ꝑ longitudinē ipsius
nerui indignās cōtinue ipsum ⁊ ledēs. Et
quia idem neru⁹ quasi totū corp⁹ equi su
stinet cogitur necessario claudicare. Acci
dit aūt hec egritudo cū equ⁹ iunior eq̄tať ī
debite. sepiusqz contingit ex onere supfluo
imposito sibi. tunc eī ꝓpter etatis tenerita
tem īcuruať neru⁹ ex quo nominať curua.
ex opere nomē assumēs. ¶ Cura ¶ Cum
dictus neru⁹ qui incipit a capite garecti et
tendit inferi⁹ iuxta pedes in posteriori ꝑte
cruris videť aliquid incuruari vel pl⁹ soli
to ingrossari. statim ingrossatio illa taz per
longū q̄z ꝑobliquuz decenter coquať. De
inde fiat ꝑ omnia vt supra de cocturis exp̄s
si. Et est notandū ꝙ vbicūqz fiunt cocture
in cruribus equi fieri debent ꝑ longū ⁊ ob
liquū sicut pilus equi descēdit inferius. q̄a
meli⁹ cooperiunť a pilis ⁊ min⁹ apparēt q̄z
si fierēt ex transuerso. et min⁹ lederēt equū
si aliquis cruriū neru⁹ tangereť ab igne

¶ De spinellis et eaꝝ cura

Hic morbus qui
b spinella diciť ⁊ vocať fit subt⁹ ga
rectum in iunctura ossis garecti

eiusdem in vtroq3 latere ⁊ aliquādo i vno tantū crescēs sup os ad magnitudinē auellane vel magis reprimens iuncturā intātum ꝙ equus multotiēs cogitur claudicare. ⁊ accidit his causis vt curua ¶ Cura Dicte spinelle sunt diligēter coquēde atq3 curande vt p̄dicte cocture curant̄ in omnibus ⁊ eodē modo

¶ De morbo suprossi et cura ei⁹

Iunt in equi cruribus multa ⁊ diuersa suprossa. vel cū mordetur vel cū calce ꝑcutitur vel cū ipse de crure ꝑcutit aliquā rem duram que nō tantū nociua quantu3 deformia sunt in equo. que etiā in alijs partibus corpis non solū in crurib⁹ sepe fiunt. ¶ Cura ¶ Cū omnia suprossa incipiūt fieri ex quadā callositate carniū ex ꝑcussione aliqua veniente. statim cu3 fieri videbitur callositas abradatur. ⁊ accipiat̄ absinthiu3 paritaria. ⁊ branca vrsina. s. folia tenera ⁊ terantur insimul cū anxungia porcina veteri ⁊ coquantur. et cocta tantū calida q̄ntu3 pati poterit sup callositatē ponātur ⁊ bn̄ligentur. Et nota ꝙ hoc mollificatiuū multum valet ad omnes inflationes crurium. ex ꝑcussione aliqua venientes. Itē ad eandem callositatē omnino dissipanda3 valet radix maluauisci ⁊ radix lilij ⁊ tapsi barbati trita cū anxungia ⁊ decocta ⁊ cum pecia supposita ad modū emplastri ⁊ pluries renouetur. Itē valet cepe assatū cū lūbricis terrestribus tritū ⁊ cū cōmuni oleo agitatum ⁊ coctū ⁊ calidum supponat̄ ⁊ sepe renouetur in die. Si vō callositas illa fuerit antiquata ⁊ dura effecta. ea prius abrasa cum lancea scarificet̄ minute vt sanguinet Deinde sal ⁊ tartarū equali pondere subtiliter trita sup callositatē ponant̄ ⁊ ligentur stricte. nec vsq3 ad diē tertiū dissoluantur ⁊ tunc cū fuerint dissoluta locus vngat̄ butiro vel aliquo vnctuoso. Itē ad idem ouu3 vsq3 ad duriciē decoctū ⁊ mundatum calidum supra callositatē abrasam ponat̄ ad modū placentule ac liget̄. nec vsq3 ad diez tertiū dissoluat̄ nec renouet̄ ⁊ plus si videbitur expedire. Item valet sterc⁹ caprinu3 cum farina ordei ⁊ creta i aceto fortissimo agitatū ⁊ postea suppositū ad modu3 emplastri. Si vero callositas illa dura nō decrescat sed in suprossum redigat̄ antiquu3. decentib⁹ cocturis qd̄ est vltimū remediū succurratur

¶ De attractione et cura ei⁹

It et alia egritudo in crure anteriori tumefaciēs ⁊ indignās neruū ⁊ faciēs claudicare que facile accidit equo in cursu vl' motu cum pes posterior ꝑcutit neruū anterioris cruris que passio attractio vocat̄ a vulgo ¶ Cura ¶ Cum neru⁹ p̄dictus tumescit statim de vena cōsueta que est supra genua parum in parte interiori minuat̄. Deinde fiat hoc mollificatiuū valens cōtra indignationē ⁊ tumorē neruoꝝ. Accipiatur fenugrecū. semen lini. squilla. terebentina ⁊ radices maluauisci equali mensura ⁊ cu3 anxungia veteri porcina decēter terantur vt simul incorporent̄. postea buliant ⁊ semper agitent̄ cū spatula. et sufficienter cocta ponātur calida sup longitudinē nerui lesi ⁊ cum fascia lata ligētur ⁊ bis renouentur in die. Ad idem etiā valet satis cepe assatū cum lumbricis terrestrib⁹ ⁊ limacib⁹ et butiro liq̄facto. et simul agitatis vsq3 ad spissitudinem decoquātur et semp agitent̄ vt fiant sicut vnguentū ⁊ de ipso abrasis pilister in die neruus lesus ꝑ longū vngat̄. Si vero cruris attractio sit vetusta fleubothometur de vena cōsueta que est posita interiuncturā ⁊ pedē ex latere interiori. ⁊ fiāt postea medicine quas supra narraui. Si dicta medicamina ꝑ aliquot dies parum vl' nihil proficiant. tūc neruo leso circūquaq3 abraso fiat strictoriu3 de puluere rubeo et oui albumine et farina vt docui in capitulo mal feruti. crus vbi lesio est cum canabo vel lino et p̄dicto strictorio inuoluēdo nec inde remoueat̄ vsq3 ad nouem dies. Postea vero cum aqua calida strictorium a

crure caute leuetur ⁊ neruus vngatur cuꝫ aliquo vnctuoso. Et si predicta non profuerint cocturis decētibus succurra t

De morbo scortilati et cura eius

Accidit quādoqꝫ q iunctura cruris iuxta pedes leditur ex percussione quā facit in aliquo loco duro vel ex p̄cipitatione et in cursu vel motu. aut quia pes quādoqꝫ indirecte premitur versus terraꝫ. que passio vulgariter dicitur scortilatus Cura Fiant pultes de furfure tritici et aceto forti ⁊ sepo arietis sufficiēter mixtus. que simul vsqꝫ ad spissitudinē bulliant agitata decenter. et calida quantū pati poterit ponātur super locū lesum. et cum pecia congrua bñ ligentur. et quolibet die sepius renouētur. Si vero iunctura tumefacta patitur indignationem neruoꝝ fiat emplastrum fenugreci seminis lini ⁊ squille et aliox vt in p̄cedēti capitulo dixi. Sed si occasione scortilature p̄dicte os a suo mouetur loco. per equi socius claudicātis eleuetur in altum. ⁊ cum equi cauda ligef. Deinde ducaf ad manum versus loca montuosa quia ex necessaria oppressione iuncture versus terrā os disiunctū aliquid ab alio vl aliquo modo motū instanter ad suuꝫ locum reuertf sicut debet. sed tamen prius debz fieri mollificatiuū quod prediri. Adest etiā aliquādo q vnū os ab alio sic disiungif q vix aut nunqꝫ ad suū locū cōmode potest reduci. ex quo iunctura tumefieri cogitur inflatōne durissima. cui cocture beneficio subuenire oportet. Et nota q omniū curaꝝ narratarum superi⁹ coctura ignis vltimū est remedium

De lesione spine vel ligni et cura eius

Contigit aliquando q spina vel lignum intrat ī iū curas peduꝫ vel genua vel in aliquam partē cruris et itra carnes remanet ppter quod vulnus vl totū crus tumescit ⁊ maxime si neruū tangat et sic cogif claudicare Cura Abradatur sup vulnus ⁊ vndiqꝫ circa ipsum pilus ⁊ tria capita lactarum aliquantulū trita ponātur super vulnus ⁊ cū pecia fasciet ur. Ad idē valent radices arundinis ⁊ radices diptani trite ⁊ superposite. Idē faciunt limaces cum butiro trite et cocte postmodū et superposite que medicine sepe renouate lignū vl spinā infixaꝫ carni mirabiliter ad exteriora deducunt. Et nota q ad omnē inflationeꝫ mollem et recenter factā que fit p̄ter naturaꝫ ex percussione aliqua in genibus vl iūcturis vel in aliqua parte crurium satis valet decoctio mixture subscripta. videlicet accipiatur paritarie. absinthij. branee vrsine ō foliꝭ quod tenerrimū est. et cuꝫ anxungia porcina veteri taꝫ diu teranf q optime misceantur . et postea in aliquo vase buliant cōtinue agitata et cocta calida quantū pati poterit sup locū lesū ponant ⁊ cuꝫ pecia fascient ⁊ sepi⁹ renouent

De gallis et ipsaꝝ cura

Iunt galle sepe naturaliter circa iuncturas ⁊ sepe accidētaliter ex fumositate fimi stabuli cruribꝰ madefactis ex q̄ humores naturaliter dissoluūtur. fiunt etiā q̄ñqꝫ in equo iuuene ex superfluo equitatu

Cura Sunt aliqui curare volentes gallas q̄ cū lancea scindunt coꝝum ⁊ inde gallas extrabūt vel resalgaruꝫ interius ponunt qō malū est quia locꝰ talis nimis neruosus est ⁊ ideo intantū dolorē augef q sup fluꝫ humores ad locuꝫ p̄currūt. ideoqꝫ melius est q gallosus vsqꝫ ad genu mane ⁊ sero in aq̄ frigidissima ⁊ velocissima teneat tonēs q galle minuanf ppter coartationē aque frigide. Deinde circa iuncturā gallarum fiāt tam plongū q̄ꝫ p obliquū coctu re decētes que postea curenf vt pluries est expressum

De garpis et cura earum

Iunt garpe ī iūctu

ris crurium circa pedes in parte posterio ri rumpētes ibi coriū. ⁊ carnes ex transuer so incidentes. ⁊ quādoq; ꝑ longū sepe ꝓij cientes ꝑ scissuras putredinē velut aquam equū ardore assidue affligētes que accidūt ex superfluitate maloꝝ humorū ad crura descendentium. ¶ Cura ¶ Pili iuncture sunt depilādi ꝑius hoc mō. Accipiātur cal cis viue tres partes ⁊ auripigmenti quar ta. que trita decēter cum aqua calidissima agitētur. et tam diu coquātur ꝙ penna im missa subito depilet. ⁊ lesa iunctura garpa rum ex ea tantū calida quantuz pati pote rit inungatur ⁊ spacio vni⁹ hore dimittat ibidem. Postea vero cū aqua calida loc⁹ garparū lauetur vt pili cadant in totum. Quib⁹ euulsis lauētur garpe cū decoctōe maluarū et furfuris. et ipsorū substātia cū pecia ligetur circū circa iuncturā. et ibi di mittatur a sero vsq; ad mane ⁊ econuerso. Postea vero fiat vnguentū de sepo arie tis cera ⁊ resina equali mensura ⁊ inuicez decenter buliant ⁊ assidue agitētur. ⁊ de ta li vnguento aliquantuluz bis in die garpe vngantur cū penna galline. ⁊ hoc vnguen to vtatur donec scissure ac rupture garpa rum fuerint solidate. sempq; caueat ab oī sorde ⁊ aqua. Cum aūt fuerint solidate ab laqueetur ⁊ incidat vena magistra sursuz in coxa interi⁹ vt in spauenij capitulo dixi. Sanguine aūt vt debet detracto. garpe co quantur ⁊ cocture curent vt dictū est sup̄. Sciendū est tn̄ ꝙ garpaꝝ infirmitas raro pfecte curatur

¶ De crepacijs et ipsarū cura

Iūt similiter egri tudines inter iuncturā cruris et vngulā. coriū rumpentes ⁊ carnē ad similitudinē scabiei. Aliquādo putredi nem emittētes. ⁊ ex ardore multotiēs equū dolere faciētes que solent euenire pluries ex fumositate stabuli crurib⁹ madefactis. ¶ Cura ¶ Curent vt dictū est in capitulo p̄cedenti excepto ꝙ vena magistra non la queetur nec crepacie aliquib⁹ cocturis sūt coquende. In p̄cedenti tamen capitulo ad ditur ꝙ euulsis prius pilis modo p̄scripto hoc vnguento vtat. Accipiat de fuligine d̄ verderamo ⁊ de auripigmento ⁊ tantum de melle liquido vt de omnib⁹ p̄dictis. que trita ⁊ insimul ligata l' agitata vsq; ad spis situdinē decoquātur ⁊ misceatur cū eis ali quantulū calcis viue. sempq; misceant cū spatula donec fiat vnguentū. de quo aliq̄n tulū calido bis in die vngant crepacie. ipis prius ablutis cum vino albo aliquantulū tepefacto. cauendo semp eas a sordib⁹ vt predixi. hoc enī vnguentū crepacias mira biliter consolidat ⁊ cōstringit. Ad idem sa tis valet fricatō fortis ⁊ frequens crepacia rum cū puerili vrina. Item valet si equus patiens diu teneat in aqua marina. Fit eti am quedā alia crepacia longa ⁊ magna ex transuerso in bulesio inter carnem viuam ⁊ vngulā q̄ deterior est alijs ⁊ magis equū affligit. que nō curat vnguentis nec alijs medicaminib⁹ nisi cocturis. et ideo ipa cre pacia in extremitatib⁹ suis cum ferro ī ca pite rotundo funditus est coquenda. nam bn̄ficio ignis ipsa crepacia nō potest auge ri sed minui

¶ De cancro et cura eius

Cancer fit circa iū cturas cruriū iuxta pedes. et q̄n doq; in alijs ꝑtibus cruris vl' cor poris veniens ex aliquo vulnere ibi facto. ⁊ postmodū ꝑ negligentiā antiquato. cuz equus habēs vulnus in iunctura predicta equitatur per turpitudines aut aquas ¶ Cura ¶ In quacūq; sit ꝑte corpis hoc modo curat. Accipiatur succus affodillo rum in bona quantitate. et agitet diu cum duabus ꝑtibus calcis viue ⁊ tertia auripi gmenti subtiliter triti. Deinde ponatur in quodā vase fictili opilato postmodū ne fu mus vel vapor inde possit exire. ⁊ tantū di mittatur bulire ⁊ coqui ꝙ in puluerē redi gatur ⁊ de tali puluere mittatur in vulnus Mortificato cancro curet vulnus cuz al bumine oui ⁊ alijs vt superi⁹ ꝯtinet. abluto

prius semper cancro cū aceto. Signuz aūt mortificationis cancri est cū vulnus circū quaqz tumescit. Ad idē valet sterc⁹ humanum puluerisatū ⁊ mixtum cū tartaro cōbusto equali mensura. Item valet ad idez tartarū combustū cū sale minuto mixtum ⁊ superpositū. Itē aliud medicamen melius mortificans cancrū. Alliū bene tritum cum pipere et piretro ⁊ aliquantulo anxūgie porcine veteris tritis ad inuicē mittat̄ ī vulnus cancri ⁊ stricte ligetur ⁊ bis in die mutetur donec cancer mortificet̄. Deinde curetur vuln⁹ vt dixi. Et nota q̄ p̄dicte medicine sunt bone in locis neruosis. et in arterijs vndiqz intricatis ⁊ venis. nā in talibus locis nō est vtendū cocturis sed in carnosis eis vti nullaten⁹ est verendū. imo cū cocturis facili⁹ curat̄ in ipsis

¶ De fistula et cura eius

Si vuln⁹ predictū cancri ⁊ ipse cancer antiquetur et nō curet̄. conuertit̄ in fistulā que est deterior ⁊ difficilior ad curandū. Sz solet curari aliquando cū affodilloꝝ puluere immiscēdo eidē de puluere auripigmenti quantū de calce viua vt violentior fiat. Itē aliud violenti⁹ ad sanandū fistulā. Accipiatur calx viua ⁊ tantūdem auripigmenti. que puluerisata decenter agitētur cuz succis allij cepe ⁊ ebuli equali mensura. ⁊ sufficienter buliant in melle liquido et aceto. et agitentur cōtinuo donec fiat vnguentum de quo mittat̄ in fistulā bis in die. vulnere cum aceto fortissimo prius abluto. Ad idē accipe auripigmentū verderamū calcē viuam equali pondere. ⁊ de atramēto ⁊ piretro ⁊ cū aceto ⁊ melle aliquantulū decoq̄ntur ⁊ semp agitent̄. et de ipso velut magda leones bis in die mittatur in fistulā donec mortificata erit. abluto semp vulnere cum aceto. Itē aliud violentius omnib⁹ supradictis. Resalgarū puluerisatū cum saliua hominis agitatū intromittat̄ intus fistulā moderate. Est autē signū mortificationis eius quando tumescit ⁊ rubet. Mortificata vero fistula curet̄ vulnus vt in alijs vulneribus cōtinet̄. Si vero in locis carnosis crearetur fistula fiat p omnia vt ī cura cancri continetur

De morbo malpiconi et cura ei⁹

Est et alia egritudo que vulgariter dicit̄ malpiconum que sit ꝓprie ī bulletis vngularum equi vbi carnes viue iungunt̄ vngulis. que velut infusio impedit equi gressus Et quādoqz fit ī vno pedū ⁊ quādoqz trāsit ad omnes si non curet̄ instanter. ⁊ q̄nqz facit vlcera euenire in lingua equi Accidit autē de leui ex malis humoribus ad ipsuz locum decurrētib⁹. et sepius ex stabuli fumositate pedib⁹ ab aqua ⁊ sordib⁹ non siccatis. ¶ Cura ¶ Primo equi patiētis vngule vsqz ad subtilitatez preparent̄. deinde cum rosuecta ferrea bullesia pedis vsqz q̄si ad viuū vngule annihiletur vt bullesia possit vndiqz euaporare. Deinde ab vtraqz p̄te bullesie fleubothomet̄. vt inde euacuent̄ humores qui ad locū concurrerūt. vel cuz ferro cuspideo ab vtraqz parte fundit⁹ decoquatur. et semper caueatur a sordibus ⁊ ab aqua. et non debeat fatigari. Postea vero fiant pultes de furfure et aceto que simul buliant. et quotidie agitent̄ que tantū calida quantū pati poterit super quadam pecia bene ampla extendat̄. et circa pedem lesum ponat̄. et bis in die mutetur ⁊ ab herbarum comestione caueat̄ omnino. ac etiā de alijs rebus paꝝ comedat donec fuerit liberat⁹. Nā herbe ceteraqz cibaria mlta humores augmentāt

¶ De furina et eius cura

Fit etiam quedā infirmitas que furina vulgarit̄ dicitur. inter iūcturā pedis ⁊ pedem supra coronā ꝓpe impasturā. que accidit ex ꝑcussione in aliquo loco duro. ⁊ etiam occasione male ⁊ indecētis pedice solz sepius euenire. que nisi adhuc cū est recēs curet̄. efficit̄ sup os durissimū cū veterascit

extendens se aliquando vniuersaliter p coronam. Cui subueniendū est siue sit recens siue fuerit antiquata vt dictū est in cura suprossi. Et nota q̄ hec infirmitas plurimuz impedit gressus equi. quia locus vbi furina oriť neruosus ē ⁊ plen⁹ venis ⁊ arteriis vndiqz intricatis

¶ De egritudinib⁹ pedum et vngularum. et primo de morbo sice et cura eius

Completo tractatu de lesionibus membrorū equi ⁊ cruriū. Restat dicere de infirmitatibus vngularū ⁊ pedū. Et primo d̄ sica que fit in equi vngula siue pede vngulam vsqz ad tuellū intrinsecū per medium scindens. ⁊ quādoqz incipit a corona pedis. ⁊ tendit p longū inferius vsqz ad extremitatem vngule seu pedis. emittens aliquando viuū sanguinē p scissurā. Accidit autez ex lesione tuelli intra vngulam existētis. cum hec infirmitas initiū ⁊ caput habeat a tuello. Et quādoqz accidit cū equus ē iuuenis ꝓpter vngule teneritatē. nam pcutiendo vl̄ acriter p̄mendo in aliquo loco duro ledit tuellus tenerrim⁹ vt predixi. ꝓpter q̄ claudicat equus cum sepius equitat ¶ Cura Inquirātur radices sice versus tuelluz iuxta coronā pedis inter viuū et mortuū vngule cum rosuecta. ⁊ desuper incidat quousqz vngula incipiat sanguinare. Deinde accipiatur serpēs ⁊ minutatim incisus abiectis cauda ⁊ capite ī quodā vase oleo cōmuni pleno decoquat intantuz q̄ carnes serpentis in oleo liquefiant ⁊ ab ossibus separent. ⁊ de his fiat vnguentuz ex quo aliquantuluz calefacto radices sice bis in die vngāt donec sica mortificet ⁊ vngula ī statum pristinū reducat. Semperqz cauēdū est ne pes patiens a sordibus vel aqua tāgatur. ⁊ q̄ equus herbas non comedat vllo modo

¶ De supposta et cura eius

Fit hec lesio que supposta vocat inter carnē viuaz ⁊ vngulā faciens rupturā carnis ibidem que si antiquat sepe cancer efficit. Et accidit cum casu pes equi ponitur sup alium pedē ¶ Cura ¶ Statim cū fit vulnus occasiōe p̄dicta incidatur cū rosuecta tantū de vngula circa vuln⁹ q̄ vngula carnem viuā nō p̄mat nec tangat eandē Naz si premeret consolidatio impediret omnino. Abscisa autē vngula circū quaqz ablutoqz vulnere cū vino calido vel aceto curetur et solidet vulnus vt in precedentib⁹ cōtinetur. sempqz caueatur a sordib⁹ ⁊ aqua. donec vulnus fuerit solidatū. Si vero per negligentiā redigatur in cancrū curet vt ī capitulo cancri continet. Si autē conuertatur in fistulaz curet vt in sistule capitulo est contentum

¶ De spontatura vngularum et cura eius

Accidit aliquando q̄ equi infusio non curata descendit ad pedes sub vngulis cui si recens est succurrat hoc modo. Extremitas vngule in parte anteriori cuz rosuecta parua cauetur fundit⁹ donec vena magistra que illuc tendit cū rosuecta rumpatur ⁊ sanguis fluat vsqz quasi ad debilitatē eq̄. et si expedierit idē in alijs pedib⁹ claudicātibus fiat. Post extractionē vero sanguis impleatur vuln⁹ sale minuto ⁊ super ipso ponat stuppa in aceto infusa. deinde liget fascia nec dissoluat vsqz ad diē tertiū. Deinde curetur vuln⁹ cuz puluere galle vl̄ mirti ⁊ lentisci bis in die abluto semp pri⁹ vulnere cū aceto ⁊ a sordibus ⁊ aqua caueatur donec fuerit liberat⁹

¶ De dissolatura vngularuz et cura eius

Si uero humores decursi ad pedes occasione infusionis iam dicte inter vngulas ex

incongrua cura fuerint antiquati. oportet pedes claudicantes penit⁹ dissolari vt humores ⁊ sanguis ibidē inclusi euacuentur in totū. Incidat ergo sola subt⁹ vngulā circa extremitatē vngule cū rosuecta. deinde violēter extirpet extrinsec⁹. ⁊ stuppa ī albumine oui sufficiēter infusa ponat in vuln⁹ ⁊ pes totus optime fasciet. ⁊ sic dimittatur vsq3 ad diē sequentē. Postea vo aceto fortissimo aliquantulū calido abluat vulnus ⁊ de sale minuto ⁊ tartaro impleat. ⁊ super ponatur stuppa in forti aceto infusa ⁊ pecia fascietur. ⁊ sic vsq3 ad diē tertiū dimittatur Deinde bis in die cū aceto abluat ⁊ super aspergat de puluere galle vel mirti aut lentisci. quia carnes ꝯsolidāt ⁊ humores constringunt. abluto semp vulnere prius cum aceto. ⁊ talis curatio fiat vsq3 ad carnium consolidationē ⁊ vngule renationē. ⁊ semp caueat pes lesus a sordib⁹ et ab aqua. Ad idē aliud vnguentū vtendū post appositionem salis ⁊ tartari cōsolidatiuū carniu3 et ꝓhibens fluxum humoꝝ. Accipiat puluis olibani masticis ⁊ picis grece ⁊ aliquantulum sanguinis draconis. ⁊ misceant cū cera noua liquefacta. ⁊ tantūdem de sepo arietis ⁊ buliant simul vt fiat vnguentū. quo aliquantulu3 calido vtat in cura predicta. Et nota ꝙ multe sunt infirmitates in q̄b⁹ oportet vngulas dissolari. in quib⁹ omnibus est p̄dicta cura vtendū. Itē ad humectandū singulas vngulas vt leuius preparentur Accipiat malua. paritaria. furfur ⁊ sepum. ⁊ oīa simul buliāt ⁊ agitent ꝯtinue ac de dicta decoctione sufficiēter calida vngule cū pecia inuoluant

¶ De mutatione vngularu3 et cura eius

Sepe accidit q' desidia mariscbalci humores ꝯcursi ad pedes equi ⁊ diu inclusi intātum intus vngulā antiquant ꝙ vngulā a tuello intrinseco separāt exeundi viā querentes. Accidit etiā aliqñ ꝙ vngula penit⁹ ⁊ subito separat a tuello ⁊ cadit ꝓpter furorem multoꝝ humorū ad vngulā discursorum ⁊ quandoq3 paulatim vngula se diuidit a tuello ⁊ nascitur noua sequens vngulam separantē. quod accidit ꝓpter paucitatem humorū cui sic subueniatur.

¶ Cura ¶ Statim cū rosuecta circūcirca vetus vngula incidatur aliquantulu3 vbi iungitur cū nouella ita ꝙ vetus vngula dura nouā non premat nec in aliquo ledat. Deinde accipiātur due ꝑtes sepi arietis ⁊ tertia cere. buliantq3 simul agitando et addendo aliquantulū olei donec fiat vnguentum de quo aliquantū calido bis in die noua vngula inungatur. Et nota ꝙ h vnguentū valet ad renationem ⁊ augmentationē omniū vngularum. sed caueatur a sordibus et ab aqua. Vngula vero que subito diuidit a tuello ⁊ cadit incurabilis creditur. Sed talis cura probetur. Accipiatur pix greca. olibanum. mastix. bolum. sanguis draconis. et galbanū equali mensura. et puluerisata subtiliter cum duabus partibus sepi arietis ⁊ tertia cere agitādo coquantur. Deinde pann⁹ lineus fortis ī fundatur in eis. et de tali panno fiat capellum seu subtellaris ad modū tuelli in quo tuellus ponatur. et bis in die capello extracto abluatur tuellus aceto fortissimo tepefacto et iterum in capello mittat. Et est valde cauendū ne tuellus ab aliquo duro tangatur. Et quandoq3 equus propter vngule amissionē recte stare nō potest. et tunc fiet eidē stratum de longis paleis super quo pro velle quiescat. Et quia graue ac tediosum esset equo semp iacere. accipiat fortis pecia panni vel fortificetur cum cingulis ⁊ in capitibus optime ligata cum funibus a medietate corpis vsq3 ad pectus sub eo ponatur. et funes ligentur ad trabes taliter ꝙ equus sustineat ab eis ⁊ intantū eleuetur. ꝙ equus cū pedibus tangat terrā. Et nota ꝙ hoc artificio potest iuuari equ⁹ quotiēs ꝓpter aliquod impedimentū rectus stare non potest

¶ De diuersis inclauaturis et earum cura

Ut quedam ſpecies inclauature ledens fundit tuellum intrinſecū. Fit ꝛ alia que trāſit int tuellū ꝛ vngulam tuellū intrinſecum min⁹ ledens. Fit etiā tertia non ledēs tuellum in aliquo. ſed viuū vngule attigit ꝛ ledit. Prima ſpecies ſatis periculoſa eſt pedi. quia tuellū ledit qui eſt quedā teneritas oſſis ad modū vngule facta. vngulam nutriēs ꝛ radices vngule in ſe tenens

Cura Si tuellus fuerit fundit⁹ nimis leſus ſubuenit ei ſalubriter cū vngule deſolatione. Si vō fuerit parum leſus diſcooperiatur cū ferreo inſtrumēto ſola vngula circa vuln⁹. et intantū circa leſionem de vngula fundit⁹ incidat q̄ leſio attingatur. ꝛ diſcooperiat decenter. qua diſcooperta ſubtilietur vngula ſola circa leſionē. intantum q̄ ſpaciū cōueniens ſit inter leſionem ꝛ vngulā ita q̄ ipſa nō p̄mat nec adbereat leſioni quo facto vulnus cū ſtuppa ꝛ oui albumine impleat. Deinde curetur vulnus cū ſale minuto ꝛ aceto forti ꝛ puluere galle vel mirri vel lentiſci vt dictū eſt in capitulo p̄cedenti. Si vero clauellus inter vngulam ꝛ tuellū trāſierit min⁹ piculoſus exiſtit quia tuell⁹ nō ledit niſi ex latere. Sic aūt curat inclauatura p̄us vſq; ad viuū fūditus detegat incidendo p longū vngulaz. et ampliādo circa vuln⁹ decēter. ꝛ circū inciatur vngula leſioni ꝓpinqua vt vulnus nō cobereat vllo modo. Inclauatura aūt diſcoopta vuln⁹ abluat cū forti aceto ꝛ impleatur de ſale minuto ꝛ coopiat cū ſtuppa in aceto poſita ꝛ cū pecia faſciet. ꝛ curet leſionibus in die vt ſupra narrau. Si autē ſit tertia ſpēs que nō ledit tuellū. ſed viuū vngule tangit ꝛ ledit. fiat idē oīno vt in ſecunda ſpecie dixi. adiungit tñ ei q̄ diſcooperta p̄us inclauatura decēter. exteri⁹ vngule incidant vſq; ad leſionē clauelli vt nihil turpitudinis vel alteri⁹ rei poſſit intra leſionē aliquo modo retineri Et nota q̄ omēs alie inclauature que nō tangūt neq; ledunt tuellum intrinſecuz poſſunt leuiter curari. attentis p̄us leſionib⁹ put debet hoc modo. Sepū vel cera vel oleuz vel aliud vnctuoſum calidū cū ſale vel tartaro tritus fortiter mittat in vulnus. Itē valet fuligo cuz oleo agitata. Itē valet ad idē albumē oui cū aceto et oleo agitatuz. Et nota q̄ ad omnes leſiones pedū ꝛ vngulaz que accidunt occaſione clauelli vel ligni vel alteri⁹ rei intrantis in viuū vngule anteq; vngula vel pes tangat vt inclauatura inquirat vt ꝙuenit fiant pultes de furfure ſepo et maluis. que omnia buliāt cū aceto vſq; ad ſpiſſitudinē et calida quantū pati poterit in quadā pecia poſita. ſuppedez leſum ligent. et ſic a ſero vſq; mane vel ecōuerſo dimittant. nam hec dolorē mitigāt ꝛ poros vngule temperant ꝛ humectāt vt faciliꝰ vngula incidat. ſempq; ab equitatu aq̄ et ſordib⁹ caueat. Accidit etiā q̄ aliq̄n imperitia medicātis inclauatura nō bene attingitur nec curat. Vñ cōtingit q̄ putredo leſionis incluſa intra vngulā facit ſibi viam inter carnē ꝛ vngulam vt exteri⁹ egrediat rumpēs carnem ſup̄ pedē. ibiq; efficit quoddaz vuln⁹ emittens putredinē. qđ vulnus curari debet vt ſupra eodē capitulo dixi. Inclauatura tñ iteruz requirat et attingat vſq; ad viuum. Deinde curetur vt in alijs inclauaturis p̄dixi.

De morbo qui dicitur ficus et cura eius

Accidit quandoq; q̄ pes ledit ſubt⁹ vngulā in medio ſole ex ferro vel alia re dura ītrāte vſq; ad tuellū ex q̄ tuell⁹ ledit. ex q̄ leſione cū vngula nō incidit circūq; vt dz naſci a tuello quedā carnis ſuperfluitas q̄ ſuperat ſole ſuperficiē ad modū fic⁹. ꝛ iō ficus vulgariter noiat Cura Primo de vngula q̄ circa vuln⁹ eſt incidat fundit⁹ intantū q̄ fiat ꝙuenies ſpaciū inter ſolā pedis ꝛ ficuz. poſtea vſq; ad ſole ſuperficiē incidat ficus ꝛ extracto ſanguine ſpongia marina ſuper ficū ligetur vt ipſa ficus ad tuellū fundit⁹ corrodatur. ꝛ ſpongia non moueatur inde

donec remanens ficus fuerit in totū corro sus. Postea vero curet lesio vt dictum est in alijs lesionib⁹ peduz. In defectu tamen spongie multū valet puluis affodillorum vel alteri⁹ rei corrosiue p̄dicto resalgari ex cepto qd̄ immoderate violentū existit. Et ē cauendū ne ibi coctura omnino fiat. nam tuellus ꝓpter teneritatē suaz posset taliter ledi q̄ vngula diuideret ab ipso

¶ De generalibus signis egritudinis equorum

Qu⁹ claudicans de pede anteriori si non p̄mit terram nisi cū puncta pedis in vngula patitur. Equus claudicās si non plicat pasturalia vel iuncturas circa iuncturas est lesio. Si equus claudicās anterius ī reuolutione a dextris vel sinistris fit claudicantior in spatulis dolor existit. Si equus posterius claudicās in sua reuolutione fit claudicātior in ancha est passio. Si equus portans dorsum depssum versus terraz faciat in egressu passus minutos et crebros pectoris lesione grauat. Si equus anterius claudicans cū quiescit ponit pedē claudicantem ante aliū nihil sustinens sup ipsum in crure vel spalla patitur. Si equus claudicās posteri⁹ non sustinet se nisi ī pūcta pedis posterioris ⁊ in motu suo iuncturam nō plicet. vere in iunctura est lesio Si equus habēs dolores intra corp⁹ habz cōtinue aures ⁊ nares frigidas ⁊ oculos concauos semiuiuus esse censet. Si equ⁹ hn̄s antiquor flatū nariū emittat frigidū et habeat oculos cōtinue lacrimātes q̄si mortuus iudicat. Equ⁹ habēs infirmitatē cymoire vel vermis volatiui in capite emittens ꝑ nares humores cōtinue velut aquā pinguem ⁊ frigidā vix euadet. Si equ⁹ habēs infirmitatē aragaiaci emittat intantuz per anū stercora liquefacta q̄ nihil fimi in eius ventre remaneat ⁊ ꝑ effusionē nō cesset infirmitas in ꝓximo morietur. Si equ⁹ habēs egritudinē vuulaꝝ subito ⁊ vniuersalit̄ redigitur in sudorem ⁊ omnia eius membra tremunt non videt euadere posse Si equ⁹ habens egritudinē frigiditatis caput inflatum habens ⁊ oculos iumidos ⁊ caput defert valde deorsum pendēs ⁊ extremitates auricularū pendentes ⁊ frigidas ⁊ nares similiter frigidas: vix aut nunq̄m euadet. Si equus patiens morbuz stranguiliōis cum difficultate ac sonitu nariū ⁊ gutturis spūm emittit ⁊ totuz guttur inflatū habet difficilime liberat

¶ De mulis

Si quem mulorū gen⁹ creare delectat. equā magni corpis. solidis ossib⁹ ⁊ forma egregia debet eligere in qua non velocitatem sz robur exquirat. Eius etas quadrima vsqz in decēnem existat. Ex equo et asina vl asino ⁊ equa creantur muli. sed generosi⁹ nullum est huiusmodi animal q̄z qd̄ ex asino et equa generatur. Admissarius ergo asinus sit huiusmodi. Corpore amplo. solido musculoso. strictis et fortibus membris. nigri vel murini coloris aut rubei. qui tamē discolores pilos in palpebris aut auribus gerit variabit sobolis plerumqz colorem. Minor triennio. maior decēnio nō debet admitti. Si asinus visam equam fastidit ostensam prius asinam donec voluptas solicitetur postea subducimus. ⁊ tūc equā incitata libido non spernet. et raptus illecebris sui generis in permixtione consentiet alieni. Etas muli cognosci dicitur vt equorum. Si nascantur et morentur in montibus. durissimis vngulis fiunt. Si vero in palustribus aut vliginosis nati sunt vngulas habent molles. Et ideo tales cum anniculi sunt debent a matre repelli ⁊ ꝑ montes asperos pasci vt eorū vngule durescāt. ⁊ ne itineris laborem in etate tenera solidati contemnant. Mensibus duodecim vt equi morantur in ventre matris. Accidūt mulis egritudines alique sicut equis. que cognosci ⁊ curari possunt vt satis plene dictum est supra in tractatu equoꝝ

¶ De asino

Binorum genus

Qui facere vult bonū. primū vidē dum vt mares femina sqz bona etate sumat. firmas omnib⁹ ptibus. corpe āplo. semie bono ex bis locis vñ optimi ex eunt. Horum genera sunt duo. vnū feruz quos vocant onagros In frigia z licaonia vbi sunt greges multi feri. Alterū māsue tum vt sunt in italia omnes. Ad seminatō nem onager idoneus qui e fero fit man z suetus facile. z e mansueto ferus nunqm. Qui similes parentū nascunt eligendi sūt z masculus z femina. Cōmode pascuntur farre z furfurib⁹ ordeaceis. Admittunt añ solsticiū estiuū vt in eodē tpe alterius anni pariant. duodecimo eni mēse cōceptum semen reddūt. Pregnātes ope alleuiāde sunt. Venter eni ex labore deteriorē reddit nationē. Mares vo labore alleuiāde non sunt eo q remissione laboris deteriores fi unt. In pastu eadē fere seruanda sunt que in equis. Post partū ante annū pulli nō sūt remouēdi a matre. primo anno noctu bus patiant esse cuz eis. z leuiter capistro alia ve qua re habeant vincti. Tertō anno domari incipiunt. et instrui ad eas res ad quas quis eos vult habere in vsu. nā aliq eos nō eligunt nisi ad hoc vt onera portēt. alij vt molas ducāt. nōnulli ad vehendum eos disponunt z plerisq ad arādum vbi le uis est terra. Accidunt eis alique egritudi nes que cognosci z curari possunt vt i eqs curantur

¶ De grege boum quales debent esse vacce et tauri

In bubulo genere

gradus boz quattuor dicunt esse Primi vitulox secūdi iuuencox. tertij boū nouellox. quarti vetulorū. Qui gregē armentox emere vult obseruare de bet primū vt sint vacce ad fructū ferendos etatis port integre qz impfecte bñ cōposi te vt omnia mēbra sint grossa et inuicem si bi respondeāt altissima forma corpis lōgi. vteri capacis z longi. lata frōte. oculis nigris z grādib⁹. pulcris cornib⁹ z pcipue nigris pilosis auribus. cōpressis malis. palearijs maximis. aptis naribus. ceruicib⁹ grossis ac lōgis a collo. latis humeris. crurib⁹ nigris z puis. Cauda pfusa ad calces inferiox pte frequētib⁹. pilis subcrispis. rectis genibus vngulis breuib⁹ z paribus. corio ad tactuz nō aspero neqz duro sed grosso potissimuz nigro. deinde rubeo. tertio geluo. qrto albo Mollissim⁹ eni hic est. pm⁹ durissimus. ce teri medij. Etatis maxime trime q vsqz ad decennū fetus ex bis pcedit vtiliox. Tauri cognoscunt bis lignis vt sint alti atqz ingē tibus mēbris. etatis medie. z magis q iuuē tute minox est qz qui declinat in senū. Torua facie. pulcris cornib⁹. Torosa vasta qz cer uice. vētreqz substricto. Et q ex bis nati sūt rōdent ad parentū spēm. Et qb⁹ regionib⁹ nati sunt refert. meliores eni in vna. deteri ores in alia vt experientia docet

¶ Qualiē vacce et tauri teneri debēt

In armentis hie

b me maritima. estate opaca z frigi da parem⁹. mōtana maxie. q me lius fruticis z internascēte herba saturant qzuis circa fluuios recte ppter amena lo ca pascant. feture tñ aqs tepidioribus adiu uant. vñ vtili⁹ habent vbi pluuialis aq te pētes formas lacunas. vt ait Palladius. Stabula vtilia sūt saxo aut glareis aut are na vl lapidib⁹ strata. deuexa aliqten⁹ vt ela bi possit humox. pti meridici aduersa. ppe flat⁹ glaciales qbus aliqs obsistere dz obie ctus. Cauere oporz ne aut angusti⁹ stent aut feriāt aut pcurrant. Et q eas estate ta bani pcitare solēt. z bestiole qdā minute sb cauda ne pcitēt includāt septis. bis sbsterni oportz frōdes. l stramē aliud ve qd in cubi lia q molli⁹ reqescāt Estate ad aqm bis ap plicāde in die sūt. i byeme sel. Cum parere ceperint. quod fieri solet de mense aprilis. iuxta stabula pabulum seruari oporteat integrum. quod regredientes degustare

possint vt sufficere possint tributo laboris et lactis. fastidiose enī ꝓpter partum fiunt. Et prouidendū quo recipiāt se ne frigidus locus sit. algor enī et fames eas marcescere cogit. ⁊ nocte lactātes cum matrib⁹ non cubent. obterunt enim. ad eas mane adigi oportet ⁊ cum redierint e pastu. Custos diligens debet vetulis ⁊ sterilib⁹ amotis nouellas subinde cōducere. et steriles aratro ⁊ laboribus deputare. Si q̄ amiserunt vitulos eis supponere oportz eos q̄bus nō satis p̄bent matres

¶ Qualiter tauri debent admitti

Propter feturam hoc seruari debere oportet. vt ait Uarro. Ante admissurā per vnū mensem cibo ⁊ potu se non impleant quia estimātur facilius macre cōcipere. Cōtra tauri duob⁹ mensib⁹ ante admissurā herba palea ⁊ feno debēt fieri pleniores ⁊ securi a feminis. Deinde in gregē redigi mēse maij circa finē. vel toto iunio ⁊ in initio iulij ꝑm palladiū. vt que tunc concipiūt temperatissimo tempe anni pariāt. Uacce enī decē mensib⁹ sunt p̄gnantes. Ante bimaz etatē eis taur⁹ nō debz admitti vt trime pariant. ⁊ melius si admittant in trima etate. vt quadrime pariāt. Asserūt greci si mares creare volueris sinistꝝ tauri in coitu ligandum testiculū. si feminas dextrū eo q̄ semē dextri generet masculū. sinistri feminam. Tauri diu ante admissurā sunt abstinēdi. vt cū tp̄s erit admittēdi acri⁹ in causas feruoris incumbant. Sexaginta vaccis duo tauri sufficiūt ꝑm Uarronē. Sed Palladius ait q̄ xv. vacce sufficiūt vni tauro. Si abundātia pabuli ē in regione q̄ pascimus potest annis oīb⁹ in feturā vacca submitti. Si deest sunt alternis annis onerande. maxime si alicui operi ꝯsueuerint seruire.

¶ Qualiter vituli debent teneri ⁊ quando castrari et domari possūt et qualiter

Cum creuerint vituli leuande sunt matres pabulo viridi obijciendo in p̄sepijs. Itē bis vt fere in omnibus stabulis lapides substernēdi sunt. vel quid aliud ne vngule putrescāt. ab equinoctio autumnali vna pascunt cū matribus. Castrari nō debent ante bienniū quia difficulter si ante feceris se recipiūt. qui autez postea castrātur duri ⁊ inutiles fiunt. Castrantur autez ꝑm Palladiū sic. Alligato enī vitulo ac deiecto testiculi eius scissa pelle claudūtur ignitis securib⁹ aut dolabris vel quod est melius formato ad hoc ferramento. vt gladij similitudinē teneat. Ita eī circa ipsam regulā ferri acies imprimitur. vnoqz ictu moraz doloris beneficio celeritatis assumit. ⁊ vstis venis ac pellib⁹ a sanguinis fluxu cicatrix q̄dammodo cuz ipso vulnere nata defenditur. vulnera vero castratoꝝ cinere sarmēti ⁊ spuma liniant argenti. A potu castrat⁹ abstineat ⁊ cibis pascatur exiguis. ⁊ sequēte triduo ei p̄beātur arboꝝ tenues ⁊ tenere sūmitates ⁊ fruteta mollia ⁊ herbe viridis coma. Pice etiā liq̄da mixto cinere sunt ⁊ oleo modico vulnera diligēter vngenda. q̄d verū puto cum sine ferro ignito castrant. sed si cuz ferro acuto ignito castrent nō est necessaria presens cura. Semestrib⁹ vitulis dentur furfures triticei ⁊ farina ordei et tenera herba. et vt bibant mane ⁊ vespere curet. Circa finem martij vel aprilis initiū domandi sunt boues trimi. nā post quinquenniuz domari non possunt etatis duricia repugnāte. Capite ergo statim domentur. Qui quidem prius cum teneri sunt frequenti manus attrectatione mansuescant. sed stabulū noui boues largiorib⁹ spacijs habere debebunt Ad stabula ducantur. quorum si nimia fuerit asperitas vno die ac nocte vinculis et ieiunijs mitigentur. Tunc appellationib⁹ blandis ⁊ illecebris oblatorum. non a latere neqz a tergo sed a fonte accedens bubulcus admulceat nares et terga ꝑtractet. sic tamen ne aliquē calce vel cornu percutiat. quod vicium si in primordijs affectauerit obtinebit. Aliqui eos inter se coniungunt

et docent eos onera leuiora portare et qd̄ vtile est si arationi parātur subacto prius solo exercendi sunt aut arena. Quos ad vecturam paras fac primum inania ducere plaustra. Et si possis p vicum aut oppiduz vbi sit strepit⁹ ducas. Et quē feceris dextr̄ fac etiā sinistrū ⁊ sic laboranti requies erit Ubi terra leuis est nō fortibus bobus sed vaccis ⁊ asinis vti potes ⁊ in leui plaustro similiter ⁊ ad molā olei facile vt nouus labor adhuc tenera colla non quasset. Expeditior autē domandi ratio est si asperū bouem mansueto ⁊ valido boui iungas. quo ostendente facile ad omnia coget̄ officia. Si post domiturā decumbet in sulco nō afficiatur igne vel verbere sed potius cum decumbit. pedes eius ita ligent̄ vincul' vt non possit pgredi aut stare vl' pascere quo facto siti ⁊ fame laxatus carebit h̄ vicio

De bobus quales debēt emi et qualiter teneri et de cognitione bonitatis ipsor̄ et etatis

In bob⁹ emendis hec signa spectent̄ vt sint nouelli quadratis ⁊ grandibus membris. solidi corpis musculis vbiq3 surgentibus magnis aurib⁹. lata fronte ⁊ crispa. labris oculisq3 nigrantibus. Cornibus robustis ac sine curuature prauitate lineatis. patul' naribus ⁊ simis. Ceruice torosa atq3 compacta. palearibus largis ⁊ circa genua fluentibus pectore grandi. armis vastis. ventre non puo. porrectis lateribus. latis lumbis. dorso recto ⁊ plano. cruribus solidis ⁊ neruosis. ⁊ breuib⁹ vngulis. magnis caudis. longis ⁊ setosis. pilo totius corpis denso ⁊ breui. rubei maxīe coloris ⁊ fusci. Melius autē boues de vicinis locis cōparabimus qui nulla soli aut aeris varietate terrentur. vel si hoc deest de locis similib⁹ ad similia transferem⁹. Illud est ante omnia curandū vt virib⁹ ad trahendū comparēt̄ equales. ne valentioris robur alteri procuret exitium. In morib⁹ autē hec cōsideranda sunt. sint arguti. mansueti. hortamenta timentes clamoris ⁊ verberū cibum appetentes. Sed si regionis ratio patitur null⁹ cibus est melior q̄3 viride pabulum. vbi vero deest. eo ordīe ministret̄ quo pabuli copia ⁊ laborum coget accessio. Tenēdi sunt boues in talibus stabulis vt de vaccis dictum est supra. videlicet stratis ⁊ bene clausis vt pedes ⁊ vngule conseruētur illese. ac ipsi defendi possint a genzalis musculis et tabanis. Etas ipsor̄ cognoscitur quia mutant dentes anteriores post annum cōpletum ante decē vel octo menses. Deinde p⁹ sex menses successiue mutāt proximos donec in tribus annis mutauerint omnes. et tunc in bono statu existunt omnes in quo perseuerant vsq3 ad decē vel duodeciz annos. ⁊ cū sunt in statu dētes habēt pulcros equales ⁊ lōgos ⁊ cū senescūt minorant̄ denigrant̄ ⁊ corrodunt̄.

De infirmitatibus bouz et cura ipsorum

Sciendum est q⁹ egritudines multe accidunt bobus quarū vna est q̄ in capitib⁹ eorū multiplicatur reuma que vulgariter dicit̄ gutta roiba ⁊ fit ex supflua comestione ⁊ potu ⁊ ppre nimis humidar̄ herbar̄. ⁊ ex nimia requie ⁊ aeris humiditate supflua. Et cognoscit̄ quia inflant̄ ipsorū vultus ⁊ oculi. ex qua bos morit̄ si non curet̄. Sed curat̄ quia statim fleubotomandus est bos infirmus de vena que ē sub lingua scilicz q̄ due quasi coctie seu glandule que sunt ibi signētur in pluribus locis cū puncta cultelli bñ incidētis ita q̄ mult⁹ egrediatur sanguis. et cū thure fiat fumigiuz ad nares eius. Item accidunt eis febres ex immoderato labore aut calore. Et morboruz cause vt ait Uarro in bobus he fere sunt q̄ laborent propter estus aut propter frigora. aut propter nimium laborem. vel econtra propter nullam exercitationem. aut si cum exercueris statim sine interuallo cibū aut potum dederis. Et cognoscūtur cuz febriunt. quia sunt calidi tactu. et maxime

in lingua ⁊ auribus ⁊ anhelitus ipsorū est spissus et calidus. Quibus subueniri debet cū regimine frigido. s. q̄ a labore omnino cessent ⁊ in loco frigido teneātur d̄ frondibus salicum ⁊ vitis cooperti. Et comedant frondes salicū ⁊ frigidas herbas ⁊ ordeum coctū infrigidatū ⁊ farinā eius. Et bibant aquā in qua bulierint frondes salicis ⁊ frigidarū herbarum ⁊ ordeuz infrigidatum. Et si videbūtur nimis repleti de ipsorum sanguine minuat̄. Item bibāt aq̄m malorū acriū ⁊ prunoꝝ ⁊ ipsa mala ⁊ pruna edant. vel s̄m Varronē curat̄ hic morbus q̄ ꝑfunditur aqua ⁊ ꝑungit̄ oleo ⁊ vino tepefacto ⁊ sustinētur cibo et inijcit̄ aliquid ne frigus cedat. Sitienti aqua frigida datur si hoc non ꝓficit demitur sanguis maxime ex capite. Item opilatur ⁊ ingrossatur splen ipsoꝝ. de quo non liberant̄ sed diu sic infirmi existunt. Et cognoscunt̄. q̄a bulsiunt siue tussiunt ⁊ maxime cū trotare cogūtur. Item inflātur boues ex ꝯstipatione vel ventositate in ipsoꝝ ventrib⁹ generata. Et cognoscūtur quia si manu vel digito sup̄ fontanellis que sunt iuxta posteriores anchas ꝑcutiunt̄ sonat vt timpanum ⁊ visu inflati apparent ⁊ dolore torquentur ⁊ quādoq̄z in terrā se prosternūt ⁊ libenter iacent. Curant̄ autē clisteri vel cannulo. de quibus dictū est supra cū tractabat̄ de doloribus equoꝝ. vel cū manu pueri oleo vncta extrahant̄ feces. vel incidat̄ vena caude cum acuto cultello ꝑ quattuor digitos lōge ab ano desubtus. Itē ledunt̄ in collo ex nimia oppressione indecentis iugi. et maxime cū pluuie ceciderint sup̄ collū. Et q̄nq̄z fit ibi ruptura ꝓpter humores ibi concursos. que curatur cuz medicinis cōsolidatiuis carniū ⁊ generatiuis cutis scriptis ī curis egritudinū equoꝝ in pluribus locis. et etiā cū alijs quib⁹ mariscalci boum vtunt̄. et p̄cipue cum vnctione grippe. Itē ledūtur a spinis vel alijs rebus acutis ⁊ duris ītrātibus in pedes ipsoruz vel alibi casualiter. ex q̄bus claudicare coguntur. Et curātur si extrahatur quod intrauit in pedē vel aliam partē cū radicibus arundinis tritis. vl̄ cum radicib⁹ diptani superpositis ⁊ pecia fasciatis. Vel cū alijs medicinis de lesione spine scriptis in tractatu equoꝝ ⁊ curātur vt dictū est ibi. Item accidūt eis multe alie egritudines occulte ⁊ alique manifeste. et laxitudines que ꝓueniunt ex nimio labore atq̄z calore. Que cognoscunt̄ ex eo q̄ nō comedunt. vel solitū modū comedēdi mutāt ⁊ libenter iacent. ⁊ ex calore linguam extrahunt ⁊ multe alie mutationes possunt ī eis videri ab his qui eos sanos et incolumes cognouerunt. Boues aūt sani et fortes et agiles cognoscūtur quia facile se mouent cum tangūtur vel pungunt̄. Et habēt mēbra grossa ⁊ auriculas eleuatas. Pulcri autem ⁊ fortes generaliter cognoscunt̄ si omnia membra grossa sunt ⁊ sibi inuicē bn̄ respondent. Possunt etiā alie infirmitates accidere bobus quas cognoscere possunt et curare nouerunt optimi mariscalci boū qui multis annis in talibus sunt experti. Ego autem ea que vere scire potui fideliter scripsi.

¶ De diuersitate seu varietate boum et vaccarum. et de omni vtilitate ipsorum

Ex genere boum aliqui sunt nigri magni fortes ⁊ quasi indomiti qui bubuli vocantur. non bene abiles ad plaustra et aratra sed in trahēdis per terraz magnis ponderibus exercent̄. ligati artificialiter quibusdam cathenis libēter morant̄ in aquis. Eorum coria nō sunt adeo bona vt aliorū boum licet sint valde grossa. Et eorum carnes nimis melancolice sunt. et ideo nō multuz bone neq̄z boni saporis. et licet crude satis sint pulcre tamen cocte turpes efficiuntur Item alij sunt boues quib⁹ cōmuniter vtimur quoꝝ quidā sunt maiores q̄ ꝓprie locis planis cōueniunt. Quidaz minores q̄ magis ꝓprie exercent̄ in montibus. Et quidam sunt ī magnitudine ac paruitate medij qui vtrisq̄z cōueniunt locis. Amplius

quidam ſunt minores quoꝝ carnes tpate ſunt cōplexionis. ⁊ ideo bonū nutrimentū humano pſtant corpi. et in eo robur ⁊ ſanitatem ꝓſeruant. Alij ſunt etatis pfecte qui ppie propter eoꝝ vires ſunt laboribus deputandi. Eoꝝ corna p ſoleis calciamentoꝝ ſunt optima. Et eoꝝ carnes ſunt mediocriter melancolice nō multū cōuenientes niſi habentib⁹ ſtomachū fortē ⁊ calidū. et bis qui grauib⁹ laboribus exercent. Sūt ⁊ alij ſenes qui ad labores ſunt pigri ⁊ min⁹ vtiles q̄ ꝓdicti. Eoꝝ carnes nimis melancolice ⁊ indigeſtibiles iudicant. ſed eoꝝ corna bona ſunt ⁊ precipue ſi ſint groſſa. Cornua boum ſunt pectinib⁹ apta. oſſa taxillis ⁊ puorum cultelloꝝ manubrijs. Et eoꝝ ſim⁹ ſtercorādis agris ⁊ arboribus ac vineis. ⁊ imbuendis granarijs. ⁊ quibuſdā alijs vaſis ⁊ caniſtris. Itē vaccaꝝ quedā ſunt magne vel medie que ab hominibus tenētur ꝓpter vtilitatē generandoꝝ ⁊ nutriendoꝝ vitulorū ⁊ boū. qui plauſtris ⁊ aratris humano generi neceſſarijs deputant. quarū carnes ⁊ corna ſunt ſimilia maſculinis. ſed earum lac licet ad eſum ⁊ caſeū ſit bonum non tamē eis tollendū ſed p nutrimēto vitulorum quoꝝ vita vires ⁊ augmentū optatur matrib⁹ dimittendū. Alie vero vacce ſunt pue que ſolū ꝓpter lac ⁊ caſeum retinētur. Et ideo poſt partū q̄ndecim dieb⁹ elapſis occidendi ſunt vituli ⁊ eſui boīum deputādi. Quoꝝ carnes tpate ac digeſtibiles valde ſunt ⁊ optime bis q̄ in quiete morantur. Lac vo ⁊ caſe⁹ ſatis humano eſui competūt. licet nō adeo pfecta vt ouina exiſtunt. Eligende autē ſunt tales vacce que non nimis parue ſunt. et vbera magna habent.

De ouibus quales emi et eligi debent et de cognitione ſanitatis et infirmitatis ipſaꝝ

Oves bone cognoſcunt ab etate. ſi neq; vetule ſunt neq; mere agne. nā altere nondū. altere iam non poſſunt dare fructū. ſed ea melioꝛ etas eſt quā ſequit ſpes q̄ꝫ ea quā ſequit moꝛs. Itē cognoſcunt a forma. nā ouem eſſe oportet corpe amplo. que lana multa copioſa ſit ⁊ molli. villis altis ⁊ dēſis toto coꝛpore. maxime circa ceruicē ⁊ collum. Ventrem quoq; vt habeat pilosum eſſe oportꝫ Cruribus humilib⁹. caudis plixis i italia ſed in ſyria breuib⁹. Itē cognoſcunt ex pgenie ſi agnos ſolent pcreare formoſos. Sanitas ⁊ infirmitas eaꝝ cognoſcatur. nam ſi aperiātur eaꝝ oculi ⁊ vene ſunt rubicūde ac ſubtiles ſunt ſane. Si vero albe vl rubicunde ⁊ groſſe ſunt infirme. Itē ſi capte in pelle colli et ante tracte vix trahi poſſunt ſane ſunt. ſi facile ſunt infirme. Itez ſi manu capiūtur in ſcbima ppe anchas ⁊ ſtringūt nec flectūtur ſunt ſane ⁊ fortes. ſi vero flectuntur ſunt infirme Itē ſi audacter vadūt p viam ſunt ſane. ſi vo moleſte capite inclinato ſunt egre

Qualiter teneri debent et paſci et in quibus locis

De paſtiōe primū

Opuidendū eſt vt p totū annum recte paſcātur intus ⁊ foris. In ſtabulo idoneo ſint non ventoſo. qđ magis ad orientē q̄ꝫ ad meridiē ſpectet. Ubi ſtent ſolum oportet eſſe virgultis aut paleis vel alijs ſtraminib⁹ ſtratū atq; pculiū vt mūdari ac purū fieri ab humiditate vine facile poſſit. Non enī ſolū ea vligo lanas corrūpit ouiuꝫ. ſed etiā vngulas ſcabras fieri cogit. Cū aliquot dies ſteterit ſubijcere oportet alia virgulta vel paleas. quo reqeſcant mollius puriores pulcrioreſq; ſint. libentius enī ita paſcunt. Faciendus quoq; infirmis ⁊ bis que agnos paruos habēt ſepta ſecreta ab alijs q̄ eas ſecludere poſſis. Hec aūt magis in villaticis gregib⁹ ſunt ſeruāda. Nā in bis que paſcuntur in ſalub⁹ cuſtodes ſecū portant crates aut retbia q̄b⁹ cortes in ſolitudine faciant ceteraq; vtenſilia. Longe enī ⁊ late ac varie in diuerſis locis paſci ſolēt. Paſcua ouili generi vtilia ſunt que vel i nouali⁹ vl pratis ſiccioꝛib⁹

excitantur. Palustria vero noxia sunt. silvestria damnosa lanatis. Salis vero crebra conspersio vel pascuis mixta vl' cannalibus frequēter oblata debet pecoris leuare fastidiū. Nam ꝑ hyemē si penuria est feni vel palee. vicia vel facilior vict⁹ vlmi aut fraxini seruatis frondib⁹ ꝓbeatur. Estiuis autē mensib⁹ pascant' sub lucis initio cuz graminis teneri suauitatez roris mixtura cōmendat. Quarta hora calescente potus puri fluminis prebeat' vel putei vl' fontis. Medios solis ardores aut vallis aut arbor vmbrosa declinet. Deinde cum ardor infringit' ⁊ solū primo vmbra vespertini roris humescit gregē reuocemus ad pascua. Prouidendūqz est in hoc genere vt pabuli vbertate saturent' ⁊ longe pascant' a sentibus. que ⁊ lanā minuūt et corpus icidūt Sed canicularib⁹ et estiuis diebus ita pascende sunt oues. vt capita gregis auertantur semꝑ a solis obiectu. Hyeme autem vl' vere nisi solutis gelicidijs ad pascua ꝓdire non debēt. Nā pruinosa herba huic generi morbos creat et tantū semel aquare sufficiet. Cū messes sunt facte teneātur i stipulis. quod est vtile duabus ex causis. Nam ⁊ caduca spica saturant'. ⁊ obtritis stramētis ⁊ stercoratione faciunt in annū sequentem segetes meliores. Per totā estatē surgente aurora festināter mulgeant' ne solitū pastum ꝑdant. Et cū dies incaluerit ducātur vt calor solis aut ventus vrens nō possit eis nocere. In vespere autē tādiu foris sint ꝙ recuperent pastū quē ꝑdiderunt in die. Et cū redierint ꝓspiciant' ne sint calide cum in ouilib⁹ includunt'. Si aūt magnus feruor fuerit in ꝓximis teneant' pascuis. ne si longius abierint nō possint recurrere ad vmbracula Nec pastores sināt eas importune aggregari tꝑe caloris. sz sꝑ moderate dispergāt. ⁊ cū adducunt' calide nō mulgeantur. Cū aurora apparuerit mox agniculi ducāt'. vbi tamdiu sint donec ꝑ seipsos ducantur. ⁊ tūc in frigidiorib⁹ ducant' vmbraculis vbi solicite custodiant'. Cum viderit mane telas araneaꝝ oneratas aqua nō ꝑmittant pascere. Si feruor fuerit ⁊ pluuia ceciderit non sinātur iacere sed ad celsiora ducant' vbi tangant' a vento semperqz moueantur. Cauēde autez sunt ab herbis sup quib⁹ venit arena. Et dicit pastor expertus ꝙ de mense aprilis maij iunij ⁊ iulij nō sūt dimittende multū pascere ne impinguent' nimiū. sed de mense septēbris octobris ⁊ nouembris post mediā tertiā sunt tota die dimittende in pascuis vt impinguent' inq̄utum possunt vt melius exire de hyeme possint. Autumno debiles precio quoqz mutentur ne imbecilliores eas hibernū temp⁹ absumat

¶ Quando debent submitti arietibus et qualiter et quanto tempore sint pregnantes et quales debēt esse arietes et quot oues sufficiunt vni.

Mense aprilis prima ē arietū admissura vt agnos iam maturos inueniat tꝑs hibernum. Fit etiā mense iunij. ⁊ etiā si fiat i mense iulij nati ante hyemē cōualescunt. Secūda fit admissura post mediū mēsem octobris vt pariāt circa ꝑncipium veris nascētibus herbis. Aristotiles asserit si masclos creare velis admissure tꝑe sic custodies. et alitū septētrionis eligendū. ⁊ cōtra eū ventum greges pascēdos. Si feminas generari velis austri captādos flat⁹ ⁊ in eum pascua dirigenda. Aliqui duob⁹ mensib⁹ arietes a coitu reuocāt. vt facē libidinis augeat dilatio voluptatis. Quidā coire sine discretione ꝑmittunt vt ei ꝑ totuz annū fetura nō desit. Quādiu admissura fit eadem aqua vti oportet. qz cōmutatio aque et lanam facit variā. ⁊ corrūpit vterū vt ait varro. Cum oēs cōceperint arietes secernēdi sunt quia cū sint molesti obsunt. nec oportet pati minores q̄z bimas salire ꝙ neqz natum ex his idoneuz est. nec nō ipse fiunt deteriores. Quis ꝑgnans est centūquinquaginta diebus. itaqz admissura fieri debz tali tempe ꝙ ꝑtus nascat' circa finē autumni

cum aer est modice temperatus. ⁊ p̄mitus oritur herba imbribus prioribus euocata. Eligendi sunt arietes candidissimi in regionibus illis in q̄bus sunt oues albe. Item mollib⁹ lanis in q̄bus nō solum corporis splendor ꝯsiderādus est sed etiā lingua. q̄ si maculis fuscabit̄ varietatē reddit i sobole. ⁊ si nigra est nigros creat De albo q̄nq̄ nascitur coloris alteri⁹. De fuscis nunq̄m potest alius creari. vt ait Columella. Eligemus aūt arietē altū. ꝓcerum. ventre ꝓmisso ⁊ lanis candidis tecto. Cauda lōgissima ⁊ lata. Tortis cornib⁹ ꝓnis ad rostrū. lana opertis aurib⁹. amplis pectore ⁊ scapulis ⁊ clunibus latis. velleris depressi. fronte lata. magnis testibus. etatis p̄me. q̄ tamē vsq̄ ad octo ānos vtiliter potest inire. Femina debet bima submitti que vsq̄ ad quinquenniū feture necessaria est. āno septimo deficit. Itē ex ꝓgenie anima duertit̄ aries. si agnos ꝓcreat formosos. Centuz ouibus vnus aries sufficere fert̄ et quotcunq̄ sint centenaria tot arietes sufficere ait Varro.

Quādo debent tonderi et qualiter et quando signari

Mense aprilis locis calidis tondeant̄ oues ⁊ serotini fetus signent̄. Tempatis vero mēse maii celebranda tonsura est ⁊ p̄cipue cū sudare incipiūt. quādocūq̄ ab equinoctō verno ad solsticiū. vt ait Varro. Sed tonsas oues hoc modo iuuabis. Succum sumes decocti lupini. feces vini veteris eisq̄ miscebis amurcā. q̄bus in vnū corpus redactis tonsas oues linire curabis. Post triduum si mare vicinū est litori mergant̄ extremo. Si vero alijs locis pascimus aq̄ celesti cum sale paululū decocta sub diuo debebit ouiū tonsor vncta membra diluere. hoc enī modo curatū pecus anno toto nec scabrum fieri dicit̄ ⁊ prolixas lanas creare fertur ⁊ molles. Sed tribus diebus per annū lotas oues oleo ⁊ vino vngere oportebit. Propter serpentes qui plerūq̄ sub p̄sepibus latent cedrum vel galbanum vel mulieris capillos aut ceruina cornua frequenter vramus. Si qua in tonsura plagam acceperit is locus pice liquida liniatur. Quidā in anno bis tondēt vt in hispania ac semestres faciūt tonsuras

De cognitione etatis ouiū

Dentes ouiuz mutantur post vnuz annum ⁊ dimidiū scz duo anteriores. Et postea post sex menses mutātur duo ꝓximi. ⁊ postea mutant ceteros ita q̄ equātur i trib⁹ annis vel quattuor ad plus. Et donec sunt inequales. sunt iuuenes. Quando equales sunt in statu. Quādo discalcātur ⁊ minuuntur ⁊ corrumpunt̄ sunt senes. ⁊ tūc musus earum fit laxus ⁊ grossus. Et stant i bono statu vsq̄ ad octo annos ⁊ quedā vsq̄ ad decē si copiose pascant̄. sed si famē sustinent necessario cito senescūt

Quādo et qualiter debēt mulgeri. et caseus fieri et seruari

Vsq̄ ad festū sancti michaelis bis in die mulgeantur oues ⁊ postea semel. Lac elici potest ne nimis pingues cū arietibus mittantur. ne inoportuno tempe fet⁹ emittāt. Sed post coniunctionē arietū vt pingues fiant custodiātur. per totā estatē festināter mulgeātur surgēte aurora vt hora ꝯgrua ducātur ad pascua. Omnes silentiuz teneant dum mulgeant oues excepto magistro qui tantū oportuna loquat̄. Caseuz coagulamus sincero lacte coagulis agni vel edi. vel pellicula que solet pullor̄ ventrib⁹ adherere. vel agrestis cardui florib⁹ vel lacte ficulneo cui serū debet omne deduci vt et ponderibus vrgeat̄. Ubi ceperit solidari: opaco loco ponat̄ aut frigido. et pressus sb̄ inde adiectis ꝓacquisita soliditate ponderibus. trito ac torrefacto sale debet aspergi ⁊ iam durior vehementius premi potest. Post aliquot dies solidate iā formule statuātur ita ꝑcrates ne inuicez se vnaqueq̄ contingat. Sit autē loco clauso ⁊ a ventis

remoto vt teneritatē ⁊ pinguedinez seruet Vicia casei sunt si aut siccus aut fistulosus est. quod eueniet. si aut parum prematur. aut nimiū sal accipiat aut calore solis vrat In recenti caseo conficiēdo aliqui virides nucleos pineos terunt. atq; sic mixto lacte congelāt. Aliqui ciminū tritū frequenter colatū congelāt. Qualemcūq; etiā saporē velis efficere potes. adiecto quod elegeris condimento seu piperis seu cuiuscunq; pigmenti.

¶ De morbis ouium et curis ipsarum

Nascitur etiam gonsum sub gula ex fluxu humorum a capite descendētiū. Et pforatur ibi pellis. ⁊ inde quasi aqua paulatiz egreditur ⁊ curāt. Itē patiunt grossiciē splenis ⁊ inflātur. et hoc sepius de mense maij ⁊ aplis. ex multitudine sanguinis grossi ⁊ viscosi ex quo sepius subito moriunt. Et cōfert eis vnū steccū duoꝝ digitorū ponere inter nares ⁊ facere ꝙ multus egrediat sanguis ex quo quedā liberant et quedā nihilominus moriūtur. Itē patiunt febres q̄ cognosci ⁊ curari possunt. vt dictū est de febribus in tractatu boum. Possunt etiā eis alie accidere egritudines quas cognoscere et curare nouerūt pastores expertissimi qui totis temporibus suis in sola custodia ouium exercentur. et in talibus solummodo student

¶ De agnis qualiter teneri debēt. et quādo castrari

Cum nascuntur agni vnaquaq; septimana per mēsem sal det eis abinde in antea omī tpe q̄ntadecima die. Quādo autē separant a matrib⁹ mox tondent ꝓpter pediculos. et quia melius crescunt ⁊ vnaquaq; hebdomada sal detur eisdē. Circa natiuitatē domini iungaut cū matribus. ⁊ hec de agnis Palladius dicit. Varro autem ait cum parere incipiūt oues pastores eas iniiciunt in ea stabula que ad eam rem habent seclusa. ibiq; agnos natos recēter ad ignem ponūt. et ꝑ biduū aut triduum retinent dū cognoscant matrē ⁊ pabulo se saturent. Deinde cū matres ad pastū cū grege prodeunt retinēt agnos. qui cuz reducte ad vesperū fuerint alunt lacte. et rursū discernūtur ne nocte a matribus ꝯculcentur. Hoc idē faciunt mane anteq̄m matres in pabulū exeant vt agni fiant saturi lacte circiter decē dies. Cum preterierint palos affigunt ⁊ ad eos alligant libro. id ē. cortice aut qua alia re leni distātes. ne de toto die cursantes inter se teneri delibent. id est. destruant aliquod membroꝝ. Si ad matris mā mam non accedent admouere oportet. et labra agni vngere butiro aut adipe ⁊ squilla et olfacere labra lacte. Diebus post paucis obijcere his viciam mollitā aut herbaz tenerā anteq̄m exeant pastū ⁊ cū reuertūt et sic nutriūtur quoad facti sunt q̄drimestres. Interea matres eorū his temporib⁹ non mulgeant. Cū depulsi sunt agni a matribus. diligentia est adhibenda ne desiderio senescant. itaq; deliniendū. id est. blandiendū. in nutritu pabuli bonitate et a frigore et estu ne quid laborent curandum. Cum obliuione iam lactis non desiderant matrem tunc deniq; compellendū in gregem ouium

¶ De vtilitate ouiū et agnorum

Vtilitas ouiū magna est. nā ex pilis ipsarū fiunt indumēta necessaria et delectabilia ad hominū salutē ⁊ vitam qui quanto sūt subtiliores tanto meliores et maioris p̄cij. Ex pellibus cuz pilis fiunt pellicie ac fodre pannoꝝ tempore frigoris oportune Et ex ipsis depilatis fiunt calciamenta et carte. Ipsarum lac est ad victū conueniens et satis salubre. quod quāto recentius est tāto melius. et quanto spissius tāto amplioris est nutrimenti. Et ipsius aquositas que est serum est solutiua ventris et colerā educit ab eo. Caseus autē qui ex eo fit nutrimētū

est corporis humani.qui quanto recentior est tanto melior.z quāto vetustior z durior tanto peior.Et qui ex eo est nimis sallitus vel nimis viscosus aut nimis frāgibilis non est bonus.vt ait Rasis.Ille bonus est qui tenet mediū inter vtrūq3.Caro autez pecudū est indelectabilis saporis z humida nimis atq3 inconueniēs.nisi forte vilioribus rusticis assuetis qui cōtinuis laboribus exercētur Agnorū vero caro satis cōueniens est cum fuerit a lacte remota sed castratoz optima.nutrimentum bonum z multū prebens si annalis fuerit. vt ait Auicenna.Sed si eam etatez excesserit. fit deterioz.et quanto vetustioz tāto peioz. et ad digerendū durioz.Pelles autē et lane agnorum sunt optime atq3 ad operimētum humani corporis aptiores q3 matrū.

¶ De caprīs hircis et hedis quales debeāt eligi qualiter teneri et quanto tempore sint pregnantes. et de ipsarum etate sanitate et vtilitate.

Qui caprinuz gregem constituere vult in eligendo animaduertere oportet primum etatez vt eā paret que iā ferre possit fructū. et de bis eam potius que diutius. nouella enim q3 vetus est vtilioz.In forma videndum vt sint firme. magne.corpus leue.cerebro pilo.sub mento duas vt māmillas pēsibiles habeant quia be fecundiores sunt. vbere grandiore sint vt lac multū z pingue habeant.Hircus cū similibus sub mento mammillis.gurgulione longo breui plena q3 ceruice.auribus flexis z grauibus.paruo capite.nitido spisso z longo capillo.ad ineundas feminas ante annū congruus. non autē durat vltra sexennium.Ex capris meliores sunt que bis pariunt.Ex bis potissimū mares sunt eligēdi ad admissuras Carbo scribit in fiscello scurati esse capras que ex saxo saliunt plus sexagenos pedes. Huic pecori fabula meliora sunt que spectant ad hibernos solis ortus z que lapide aut saxo sunt strata vt caprile minus sit vliginosum ac lutulentū.Teneri ac pasci boc pecus debet quasi ouinū.sed habet ppria quedam q3 potius siluestribus salub9 delectantur q3 pratis.studiose enim de agrestibus salubus pascūtur atq3 in locis cultis virgulta carpunt.itaq3 a carpendo capre dicūtur.Ideoq3 in lege locationis fūdi excipi solet ne colonus caprā in fundo pascat.Post autumnū exeunt in gregez birrorum.quia que concipit post quartū mēsem reddit tempore verno.Edi cum trimestres facti sunt submittūtur z in grege incipiunt esse.Satis magnuz gregem putant esse circa quinquagenas eo q3 capre lasciue sunt z se dispergunt.contra oues se congregant ac cōdensant in locum vnū.Singulis decem caprīs singuli sufficiunt birci Ultra octo annos seruande non sunt.Nā boc genus lōgior sterilescit etate.Sanas esse capras nemo ꝓmittat.Nunq̄m enim sine febre sunt vt ait Varro.Accidit etiam sepe vt in corporibus vulnerētur eo q3 iter se cornibus pugnant.ac etiā spissis z spinosis locis pascūtur. Quibus subueniendū est vt in curis vulnerū equorū dictum est in capitulis plerisq3.Utilitas caprarum est ꝑcipue in pelle et lacte ac edis.Nam ex ipsarum pellibus fiunt optima calciamenta et equorū selle operiuntur.Lac ipsarū multum est z humano corpori optimū z precipue non coagulatū parū caseatis habēs Et qui ex eo fit caseus non est adeo laudabilis vt ouium . Earum carnes nimie sunt siccitatis et ad digerendum dure existunt. ideoq3 male.Sed edorū carnes sunt optime ad salutem z delectationē z precipue lactantium.Et ex ipsarū pellibus optime fiunt carte ac delicata calciamenta bis conuenientia qui voluptuose viuere cupiūt.

¶ De serofis verribus et suibus quales debent eligi et qualiter teneri et quanto tempore sint pregnantes et de ipsarum etate sanitate et vtilitate

Verres legendi sūt vasti ⁊ ampli corpis sed rotundi potius q̄z longi. ventre ⁊ clunib⁹ magni. rostro breui. ceruice glādulis spissa vnius coloris poti⁹ q̄z varij. libidinosi. anniculi. qui vsq3 ad quadrimos inire feminas possunt. Scrofas vero longi lateris debemus eligere. et q̄bus ad sustinendum feture onus se magn⁹ venter effundat cetera verrib⁹ similia. Sed in regionib⁹ frigidis densi nigriq3 pili. in tepidis qualescūq3 ꝓuenerint Itē ex bona ꝓgenie vt porcos multos pariat. Hoc gen⁹ in omnib⁹ locis haberi potest. melius tñ agris palustrib⁹ q̄z siccis. p̄cipue vbi arboꝝ fructuosior silua suppetit. que subinde maturis fructib⁹ alterna ꝑ annū mutatione succurrat. Locis maxime graminosis ⁊ cannaꝝ vel iunci radicibus nutriunt. Sed deficiētib⁹ alimentis ꝑ hyemē p̄benda sunt pabula glandiū. castanearū ⁊ similiū vel faba aut ordeū vl frumentū. Hoc enī non modo pinguedinem efficiunt sed etiā carnis iocundum saporem. Pastū exigunt estate mane. ⁊ ante q̄z estus incipiat subigunt. id est. vadūt in locum vmbrosum maxime vbi sit aq̄. P⁹ meridiē rursus lenito feruore pascunt Hyberno tempe non p̄us exigūt pastū q̄z pruina euanuit ⁊ liquefacta est glacies. Porce gregatim more aliorū pecudū clauden de non sunt. sed aras sub porticibus faciemus quib⁹ mater vnaqueq3 claudatur. q̄ are fiunt superiori ꝑte detecte vt libere numerum pastor explorz ⁊ oppressis a matre fetibus sepe subueniat subtrahendo. Curabit autē vt fetus ꝓprios cum vnaquaq3 p̄cludat. plus vero q̄z octo vt columella dicit nutrire non debet. Palladio autem sex vident sufficere. qr licet plures valeat educare tñ enimio sueta deficiet. Varro ait ꝙ tot porcos parere potest q̄t māmas habz. si minus pariat fructuariā idoneā nō esse Si plures pariat esse portentū in quo illd antiquissimū fuisse scribitur ꝙ sus enee lauini. xxx. peperit porcos albos. Nutritari octo porci paruuli primo possunt. īcremēto facto a porcis dimidia ꝑs remoueri solet quia neq3 mater potest sufficienter lac p̄bere neq3 generati roborari. Ad feturam verres duob⁹ mensibus ante secernēdi sūt Optimū ad admissurā tempus a fauonio ad equinoctiū vernum. id est. a kalēdis februarij ad diē duodecimū martij. ita enim contingit vt in estate pariat. quattuor eniz menses est pregnans et tunc parit cum pabulo abundat terra. neq3 minores admittende q̄z annicule. melius. xx. menses expectare vt bime pariant. Cum ceperint dicūtur hoc facere vsq3 ad septimū annuz recte Admissuras cū faciunt in luto volutant libenter. quia illorum requies est vt lauatio hominis. Cuz omnes conceperint rursus segregant verres. Verres octo mensiuz incipit salire. idq3 vsq3 ad quadrienniū recte facere potest. deinde it retro quoad peruenit ad lanium. id est. impossibilitatē coeundi. Sus vsq3 adeo pinguedine crescere solet vt se ipse stans sustinere non possit neq3 progredi vsq̄z. Nam ī lusitania fertur sus eē occisus q̄ fuit inuētus viginti trib⁹ pondo. id est. quingentis sexagintaq̄nq3 libris eiusq3 suis a cute ad os pedem ⁊ tres digitos fuisse. id est. habuisse lardū cum carne. vno pede ⁊ tribus digitis grossum. vt ait Varro. Addit etiaz se in archadia vidisse suem qui pre pinguedine non modo surgere non posset. sed etiā in ea murē nidum fecisse et peperisse mures. Iocunditas scrofe perpendit quia quod in primo ꝑtu agit non multū in reliquis mutat. Subulci binis mensibus porcos sinunt cum matrib⁹ deinde cuz iā pasci possunt secernūt. Porci nati hyeme fiunt exiles propter frigora. et quia matres aspernātur eos propter exiguitatem lactis. et quia ex hoc dentibus sauciātur ab eis earū mamme. Biuisus ē earum annus bifariam. quia bis pariunt in anno. quaternis mensibus fert ventrez. binis nutritat. Araz facere oportz circiter trium pedū altam et latā ampli⁹ paulo ea altitudine abs terra nedum exire velit pre

gnans abortiat. Altitudinis modus sit vt subulcus facile circumspicere possit ne qs porcellus a matre opprimatur. et vt facile purgare possit cubile. In aris ostium esse debet z limen infertus altū palmipedale. i. vno pede z palmo ne porcelli ex ara cū mater prodit transire possint Quotiēscunqz subulcus purgat totiens arenam mittere oportet aut quid aliud quod erugat humorem. Et cū peperit largiore cibatu sustētet. quo facilius lac suppeditare possit. In q̄bus ordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent mane z vespere si alia q̄ obijciant non habuerint Scrofe bis in die lactis causa bibant. Cum porci a mamma depulsi sunt si fundus ministrat dari solēt vinacie ac scropei ex vuis. A partu decem diebus proximis non pducunt ex aris matrem nisi propter potum. Elapsis decē diebus sinunt exire pastum in propinquus locus ville vt crebro reditu lacte possint alere porcos. Cuz creuerint sequūtur matres ad pastū. domiqz secernūt a matribus ac seorsum pascūt. Nutrices subulcus assuescere debet vt omnia faciant ad bucinam. primo cū incluserunt cum bucinatum est aperiunt vt exire possint in eū locuz vbi ordeum fusum sit in longitudine. sic enim minus disperit q̄z in aceruos positū et plures facilius accedunt. ideo ad buccinam cōuenire dicuntur ne siluestri loco dispersi pereant. Castrātur verres commode annicli nec minores q̄z semestres quo facto nomen mutant z e verribus dicunt maiales De sanitate suū vnum solū exempli causa dicam. Porcis lactēntibus si scrofa lac suppeditare nō potest. triticū frictū dari oportet crudū enim soluit aluum. Vel ordeum obijci ex aqua quo ad fiant trimestres. In centū scrofis decem verres satis esse putā tur. Utilitas porcoruz est quia eoz carnes ad cibum competūt recentes et sicce. Et eorum lardum est optimū in condiendis omnibus cibis. Et eorū adeps optima pro calciamentis pseruādis. et i pluribus vnguētis ad curādas egritudines oportuna. Itē est alia vtilitas q̄ vineis immissi nedum turgentibus. et exacta vindemia gramine persecuto fossores diligentiam imitantur.

¶ De canibus quales debent eligi et qualiter teneri z instrui et de ipsorum vtilitate

Quis est custos eius pecoris quod eo comite indiget ad se defendendum. in quo genere sunt maxime oues et capre. eas enī lupus captare solet. cui opponimus canes defensores. In suillo pecore sunt qui se defendūt vt sues verres maiales et scrofe. Canum genera sunt duo. vnum venaticū pertinens ad feras. Alterum quod custodie causa paratur pertinens ad pastores. De quo dicere intendo. Ad formam huius artis primū etate idonea parandi sunt. nam catuli et senes nec sibi nec ouibus sunt presidio et lupis nonnunq̄z prede. Facie debēt esse formosi. magnitudine ampli. oculis nigrantibus. naribus congruentibus. Labris subnigris aut rubicundis. mento suppresso. et ex eo natis duobus dentibus dextra et sinistra paulo superioribus eminentibus directis potius q̄z brochis id est. tortis. habentes acutos dentes labro tectos. Capitibus et auriculis magnis ac flactis. id est. plicatis. grossis ceruicib⁹ ac collo. internodijs articulorum longis. pedib⁹ magnis et altis. digitis discretis ac vngul' duris et curuis. Corpore suppresso spina neqz eminula. id ē. sima neqz curua. cauda grossa. latratu graui. byatu magno. colore potissimum leonino Femine vero debent esse mammose. capillis equalibus. Cauendum est ne a laneis. id est. lanificibus. ne ve a venatoribus canes emas. Nam alij ad pec⁹ sequendum inertes sunt. Alteri si viderint leporem aut ceruum eum potius q̄z oues sequuntur. quare a pastoribus emptus melior est. qui oues sequi consueuit. aut

qui sine vlla consuetudine fuerit. Canis eī facile quid assuescit. Pane bene pascendi cū grege sunt ne ꝓpter famē volens querere cibum a grege recedat. Morticine ouis carnes nō patiant̄ pasci ne ducti sapore minus se abstineant. Sed dent̄ eis ossa bñ cōtusa. nā ex his dentes fiunt firmiores ⁊ os magis patulū ꝓpterea ꝙ vehementiꝰ ducuntur. mali acrioresq; fiunt ꝓpter medullarum saporē. In die cibū capiant vbi pascuntur vespere vbi stabulātur. Catule tribus mensibꝰ solent esse p̄gnantes. In ꝑtu si plures sūt eligere oportet quos velis habere reliquos abijcere. quāto pauciores relinquūtur tāto in alendo meliores fiūt. Itē substernat̄ eis aliquid quo molliore cubili facilius educent̄. Catuli diebus .xx. videre īcipiunt. duobus mēsibus primis a ꝑtu nō disiungūtur a matribꝰ. Educunt eos plures in vnū locū ⁊ irritant ad pugnandum quo acriores fiāt. Itē consuefaciunt vt alligari possint. primū lenibus vinculis que si abrodere conātur ne id cōsuescant facere. verberibus eos terrere solent. Quidā nucibus grecis in aqua tritis vngunt aures ⁊ inter digitos eo ꝙ musce et ricini pulices ibi stare solēt qd̄ si non fiat ea exulcerantur. Ne vulnerent̄ a bestijs imponunt his collaria ferri habētia sub se lene coriū clauulis infixū ne collo noceat duricia ferri. Numerus canū pro pecoris multitudine solet parari. Sed in regionibꝰ siluestribꝰ remotis a villis vbi bestie male sunt multe req̄runt̄ plures. Nā in villatico grege duo sufficiūt vnꝰ scz masculꝰ alter femīa. eo ꝙ simul sūt assiduiores. ⁊ idē cū altero fit acrior. Et si alter eger est ne sine cane grex sit. Quos consuefacias in nocte vigilare et in die clausos dormire

De pastoribꝰ quot et quales debent esse et qualiter se habere

Ad maiores pecudes necessarij sunt etate ꝑfecti. Ad minores pueri qñq; sufficiūt. Iterum qui in collibꝰ versantur firmiores requiruntur q̄z qui in fundo quotidie ad villam redeunt. Itaq; in saltibus licet videre iuuentutē ⁊ eam fere armatā cum ī fundis nō modo pueri sed etiā puelle pascant. In die pascere debent greges simul cōmuniter oēs. Contra ꝑnoctare ad suū quēq; locum gregē oportet. Omnes esse debent sub vno magistro pecoris ⁊ is maior natu et ceteris peritior esse debz eiq; omnes alij parere debent. Ita tamen oportet eum alios etate precellere ne propter senectutē minus sustinere possit labores. neq; enim senes neq; pueri taliū difficultatez ac montium arduitatē et asperitatem facile ferunt. quod pati necesse habēt qui greges sequūtur presertim armenticos atq; caprinos q̄bus rupes ac silue ad pabulandum conueniunt. Forme hominū legende sunt vt sint firmi et veloces. mobiles. expeditis mēbris qui non solum pecus sequi possint. sed etiam a bestijs ac predonibus defendere. qui onera extollere iniuncta possint. qui excurrere. qui iaculari non omnes ad hanc rem apti sunt. Magistrum prouidere oportet vt sequantur omnia instrumenta que pecori ac pastoribus opus sint. maxime ad victū hoīz. ⁊ ad medicinā pecudū. Ad quā rē bñ tiumēta dossuaria dñi. alij eq̄s alij mulos ꝑ asinos. aut alia q̄ onꝰ dorso ferre possunt qui in fundo perpetuo manent. Facile habent conseruari in villa que pastoribus necessaria faciāt. His autem qui in saltibꝰ et siluestribus locis pascunt. mulieres adiungere oportet que greges sequantur. et cibaria pastoribus expediant eosq; assiduiores faciant. Magister pecoris sine litteris idoneus non est eo ꝙ ratōnes dominicas conficere nec aliud quicq̄m recte facere potest. Pastorum numerus esse debet ꝑm multitudinem pecudum et genus earꝝ et diuersitatem locorum pastionis. et vendentium agnos et facientium caseos. Vel non maior vl̄ minor talis et tantus q̄ oportuna huic operi omīa possit commode explicare

¶ De leporario et leporib⁹ ceteris q3 feris animalib⁹ includēdis

Leporarius est locus clausus in q̄ includunt lepores et caprioli et cerui et apri et cuniculi. ceteraq3 animalia nō rapacia fera tamē Sic antiquit⁹ appellat⁹ eo q̄ lepores preci pue includebant in eo. sed omniū horū cu stodia incrementū et pastio aperta et nota est. ideoq3 breuiter explicāda. Itaq3 sepa ex materijs circa locum magnū vel puum ꝑm optiones vel possibilitatē dñi fiat. adeo alta et cōpacta q̄ neq3 lupus neq3 alia be stia ītrare possit neq3 desup trāsilire. Ibiq3 oportet esse latebras in virgultis et herbis. vbi lepores interdum delitescant. et arbores patulis ramis q̄ aquile conatū impedīāt. In quo si lepores mares et femias paucos intromiseris breui tpe locus implebit tan ta est fecūditas hui⁹ quadrupedis. Sepe eni cū catulos habēt recētes alios in vētre reptunt habere. Itaq3 q̄ scire volet masculum a femina discernere vt Arcbadi⁹ scri bit nature foramina debet inspicere. naz si ne dubio masculus vnū. femina duo inue nitur habere si caute et subtiliter inspiciat. Sed leporū tria genera fere sunt. vnū itali cum. pedib⁹ primis humilib⁹. posterioꝛib⁹ altis. supiore pte et dorso bira. ventre albo. auribꝰ longis. q̄ lepus dicit cū ꝓgnans sit tunc cōcipere. In gallia trāsalpina et i ma cedonia fiunt ꝓmagni. In hyspania et ita lia mediocres. Itez in gallia reperiunt alij alterius generis toti cādidi. Tertij generis est qđ in hyspania et puincia et ptib⁹ lom bardie sibi coherētib⁹ nascit similis nostro lepori ex quadā pte sed humilis. quē cuni culū appellant. Lepus dr eo q̄ leui pede am bulat. Cuniculi dicto vocabulo nominat. eo q̄ sub terra cuniculos ipsi facere solent vbi lateāt in agris et nemoꝛ bꝰ pratis et vi neis. Apros habere posse in leporario et ca priolos et ceruos nō est dubiū. Recitat au tem varro q̄ cū esset in quodā loco qui vo catur ager laurētij in q̄ triclinū erat i emi nenti loco vbi cenabat. magistraliter fieri vidit. nā silua erat supra q̄nquaginta iuge rum materia septa Vocat⁹ fuit quidā qui cū stola et citbara venit. et cū cantare iussus esset bucina inflauit. et subito circū fulsit eū et ceteros tāta multitudo ceruoꝛ aprorū et aliorꝛ quadrupedū q̄ valde formosum sibi apparuit spectaculū. Leporarij vtilitas ma gna est et delectatio maxima. nā ex paucis animalib⁹ inclusis breui tpe habent mlta. quoꝛ carnes esui cōpetūt et habent facile. Pelles āt p vestimēta et corrigiis sūt opoꝛ tune.

¶ De piscinis et piscib⁹ includēdis

Si piscinam ha bere deliberat primū eligere opoꝛ tet locū conuenientē q̄ nullo tpe aq̄ careat. nō eni in alijs pñt durare locis. Sꝫ piscinaꝝ quedā sunt pue quedā magne. q̄ dā mediocres. Et iteꝝ quedā sunt fontane quedā stagnee. q̄dā marine. et quedā etiaꝫ fluuiales. Si pue sunt muniant septis ex lignis vl̄ viminib⁹ aut lapidib⁹ ꝓstructis ne lodna vl̄ aliud aial nocēs intrare possit Et funes aut vites supra eā tendant. q̄bus aues terreant rapaces. In eisq3 ponant pi sces illi aq̄ conuenientes ex bis q̄ inueniunt in ptib⁹ illis. Nā quidā libēt⁹ stāt in fontibꝰ vl̄ fluuioꝝ aq̄s. alij in stagnis et lacub⁹. nō nulli aq̄ delectant marina. Sit aūt pua pi scina ꝓfunda in q̄ntū fossoꝝb⁹ ꝓfūdari pos sit. Si aq̄ fontana vl̄ fluuiat̄ sit. in ea pote runt cōmode viuere ex bis q̄ sunt i ptibus lombardie. cauidani scardine barbi. et qui dam alij pui pisces et forsan bruche. Si vo sit lacualis vel stagnea lutū habens cōmo dius erunt in ea tinche. que more porco rum delectantur. et anguille piscose. et eti am ceteri parui pisces dūmodo non sit co ruptione infecta. Sed lucij non sunt i par ua piscina ponendi. quia multos deuorāt pisces licet ranas libenter edant piscibus inimicas. Sed in magnis piscinis cōmo de stare possunt. Q3 si marina fuerit aqua de mari educta omnia genera marinoꝝ

piscium in ea seruari possunt. Si piscinaꝫ magnam habere volueris oportet ipsam fieri ex magno lacu ⁊ stagno ĩ quo sint aq̃ plurime cõgregate niue ac pluuijs aut fontibus vel flumine in eum fluentib⁹ vel etiam aqua marina. quod in plurib⁹ euenit locis. Q⁊ si ex ipso lacu vel stagno aqua ꝑ aliquã partẽ exeat. ibi claudatur taliter q̃ impediatur piscium exitus et non aque Q⁊ si ex aqua dulci consistat poterunt in ea poni ac seruari omnia genera piscium tã magnorum q̃ꝫ paruoꝝ in talibus aquis viuẽtium. Sunt ⁊ aliqui pisces marini qui ad aquã dulcem accedẽtes letant̃ ⁊ delectant̃ in ea. et tales similiter poterunt in aq̃ dulci seruari ⁊ piscina. Si vero fuerit ex aqua marina in ea ponẽtur omnia genera piscium marinoꝝ si sit valde profunda nisi sit piscis maximus. vt balena que nullo loco nisi maris pelago claudi potest. Si vo mediocris magnitudinis sit piscina ex his q̃ predicta sunt facile potest haberi doctrina quales pisces possint in ea includi. Piscine vtilitas magna est quia ex paucis piscibus inclusis breui tempore habentur plures ex quib⁹ plures possunt vendi ⁊ plures ad esum haberi

¶ De pauonibus

Completo tractatu animalium quadrupeduꝫ nutriendorum ac pisciuꝫ. de bipedibus ⁊ ceteris volatilibus est dicendũ. Et primo de pauonibus qui suo decore nobiliores sunt ceteris. Quos nutrire vt egregie ait Palladius facile est nisi fures aut animalia inimica formides. qui per agros vagantur ⁊ plerũqꝫ sponte se pascunt pullosqꝫ educant. Altissimas vespere arbores appetunt Una bis cura debetur vt incubãtes per agruꝫ feminas que hec passim faciunt a vulpe custodias. ideoqꝫ in breuibus insulis melius nutriunt̃. Uni masculo femine quinqꝫ sufficiunt. quod seruandum est vt ait Uarro si ad fructum spectes. nã tunc pauciores debent esse mares q̃ꝫ femine. si ad delectationem. contra formosiorẽ enim masculus. Masculi oua et pullos suos persequũtur velut alienigenas. priusq̃ꝫ illis cristarum nascatur insigne. Ab idib⁹ februarij incipiunt calere. faba leniter torrefacta incitantur ad libidinem si eis quinto quoqꝫ die tepida prebeatur. Cupiditatem coeundi masculus confitetur quotiẽs circa se amictum caude gẽmantis ĩcuruat cum stridore percurrens. Si oua pauonũ gallinis supponãtur excusate matres ab incubatione tribus vicibus per annũ fetus edunt. Primus partus quinqꝫ ouorum. secundus quattuor. tertius triũ vel duorũ esse consueuit. Sed electe si hoc placuerit galline sint. que a primo incremento lune nouem diebus habeant nouẽ oua supposita. quinqꝫ pauonina et cetera sui generis. ⁊ decima die omnia gallinacia subtrahantur. et alia gallinacia recentia totidẽ supponantur. vt completis triginta diebus possint cum pauoninis aperiri ouis. Oua autem pauonina que galline subiecta sunt sepe manu conuertant̃. quia hec ipsa facere vix valebit. vnamquãqꝫ partez oui notabis vt cõuertisse cognoscas. Maiores gallinas oportet eligere. nam minoribus pauciora supponas. Cubilia debent eis fieri sb̃ tecto discreta. et a terra eleuata vt neqꝫ serpẽs neqꝫ bestia accedere ad ea possit vt ait Uarro. Preterea locum ante se puruꝫ habere debent cubilia. quo ad pastum exeant diebus aptis. Nam virũqꝫ locum puruꝫ esse volunt he volucres. Itaqꝫ pastorez earum cuꝫ vacillo. id est. vadili circuire oportet ac stercus extollere. Natos si ad vnam transferre a pluribus velis. quindeciꝫ vni nutrici sufficiũt. Primis diebus far ordei aspersum vino pullis dabitur vel vndecũqꝫ cocta pulticula et refrigerata. Postea adijcietur porrum concisum vel caseus recens sed expressus. nam serum pullis nocet. Locuste etiam pedibus ablatis prebentur. Ita pascendi sunt vsqꝫ ad vnum mensem. Deinde ordeum poteris prebere solenniter. Tricesimo tamen quĩto die

postq̃ nati sunt in agrū tutū eisci possunt comitāte nutrice pascēdi. cui⁹ singultura vocātur ad villā. Pituitas vero ⁊ crudi/tates bis remedijs submouebis quib⁹ gal lina curat. Maximū illius piculum est cuz incipit crista pduci. nā patiunt languores sicut infantes cū dentes eis nascunt. Utili tas ipsoz est quia ipsoz carnes satis bone sunt sz ad digerēdū dure. Masculoz pēne sunt pulcerrime. ideoq; puellis p sertis et alijs ornamētis apte

¶De fasianis

In fasianis nutrien dis hoc seruādū est vt nouelli ad creandos fet⁹ parent. i. q̃ anno su periori sint editi. veteres enī fecū di esse non possunt. Ineant feminas mēse martij vl ap lis duab⁹ feminis vn⁹ mascul⁹ sufficit. Se mel in anno fetus creant. viginti fere ouis pariendi ort⁹ pcludit. Gallinę bis melius incubabūt. ita vt q̃ndecim fasianina oua vna nutrix coopiat. cetera sui generis sup/ponant. In supponēdo de luna et diebus que sunt de alijs dicta seruem⁹. Tricesim⁹ dies maturos pullos in lumē mittet. sed p q̃ndecim dies discreto toto ⁊ psperso vino ⁊ refrigerato leuiter ordei farre pascentur. Bande triticū ⁊ locustas prebebis ⁊ oua formice. Sane ab aque pbibeant accessu. ne eos pituita cōcludat. Q; si pituitā pati antur allio cū pice liquida trito. rostra eo/rum debebis assidue pfricare. vel sicut gal/linis auferre. Eoz carnes sunt optime

¶De anseribus

Anser aquam her/ bam q; desiderat nec sine ipsis fa/cile sustinet. Locis consitis inimi cus est. q; sata ⁊ morsu ledit ⁊ stercore pol luit. Prestat plumas quas autūno vella/mus ⁊ vere. Uni masculo tres femie suffi/ciūt. Si desit fluui⁹ lacuna formet. Si ber ba non suppetit trifolij fenu grecū a restia incuba lactucula sq; p alimēto seram⁹. Al/bi fecū diores sunt. varij vel fusci min⁹. qa de agresti genere ad domesticū trāsierunt Incubāt kalendis martij vsq; ad solsticiū estiuū. Circa q̃ndecim oua vni anseri suffi ciunt. Incubāt. xxx. dieb⁹. Melius tamen est q; gallinis oua supponas q; plus pariet Pariture ad arā pducant cū semel ℔ fe=ceris consuetu dinē sponte tenebūt. Si gal linis anseris oua supponas ne noceat sup/positis subijciat vnica. Semie papaueris primis decē diebus pascēdi sunt intus. po stea foras eos poterim⁹ educere vbi vnica non fuerit cui⁹ formidant aculeos ⁊ preci pue in prata ⁊ piscinas aut paludes. Aras eis faciant supra terrā in qua non inducāt plus q̃z vicenos pullos. easq; aras puide/ant ne habeāt humorē. ⁊ molle habeāt sub stramen ex palea. alia ve qua re. ne ve acce/dere ad eas possint mustele. nec alie bestio/le que noceāt. vt ait Uarro. Quattuor mē sibus bene saginātur. nā melius in tenera erate pinguescūt. Polentū dabit ter in die Large vagant. ⁊ ideo pbibeat licētia. Ob/scuro loco claudant ⁊ calido. sic maiores etiā secūdo mense pinguescunt. nā pulli se pe die tricesimo saginant. Meli⁹ ad satie tatem miliū pbeamus infusum. Inter an/serum cibaria omne legumē pstari potest. excepto berebo. A lupis ⁊ vulpib⁹ rapiun tur. et ideo ab eis custodiēdi sunt. Utilitas anserū est q; carnes pullor̃ si sunt pinguef et quattuor mensiū nō excesserūt etatem a plurib⁹ appetunt. Et eaz pēne molles opti me sunt p lectis. ⁊ dure alaz scriptorib⁹ cō petunt ⁊ sagittis

¶De anatibus

Anates sunt de na/ tura anseꝛ. ⁊ eodē mō piscinā req runt. ⁊ eodez fere mō nutriunt vt anseres. Libēter comedūt herbā anatinaz q̃ in superficie aque stātis ex solis adustione ort. Oia reptilia ⁊ vermes ⁊ oia turpia li/benter accipiūt ⁊ deglutiūt. Utilitas ipsaz est p̃cipue in pēnis ⁊ etiā carnib⁹ ipsarū ⁊ pullor̃ eaz vtimur. licet satis sint indigesti biles piscose

¶ De gallinis et gallis et ipsorum pullis quales haberi et qualiter teneri debeant

alueum et coopertorium remoue. ip̄mq3 alueum super stangetta mascelli mundissima pone. ac cum vangetta fac in mascellum descendere mel et ceram. que postea ī forti tascula pone. quā cum ligaueris fortiter exp̄me aliquo modo stringendi. vel cū vite magistroꝝ lignaminis. vel inter duas assidiculas positas in duabus stangettis. in parte inferiori ligatis. vel in vna cōcha posito asside ac ponderib⁹ super ip̄a stangetta. vel inter duos baculos quos duo tenent homines. et terti⁹ partem supremaꝫ stangette fortiter torqueat. ⁊ quod fluxerit est mel crudum. ⁊ si pluries dupletur stangetta forti⁹ ⁊ melius comp̄metur. Deinde vero quod in tascha remanserit. ponatur ad ignem lentum in cacabo. ⁊ sine feruore calefiat. et semper tene man⁹ in vase. cerāq3 minutatim aperias. donec mel et non cera erit integre liquefactū ⁊ cū mel ex calore ceperit paululū pungere manus. omnia in tascha repone. iterūq3 preme vt supra. nec est damnosum si non premat̄ acerrime. vt de melle aliquid remaneat cere admixtum. cū longe minus valeat mel q̄3 cera. Et h̄ quod fluxerit. mel coctum vocat̄. q̄d in vasculis d3 poni ipsisq3 apertis paucis diebus haberi. atq3 in sūmitate purgari. donec musti refrigerato calore deferueat. Mel nobili⁹ illud erit. quod ante exp̄ssionem secundam effluxerit velut spōte. Cera q̄ post fluxum mellis in tascha remanserit. siue apes admixtas habeat siue non. ponatur in cacabo mundo. in quo sit tanta aqua vel pl⁹ vt cera extat. Hec ad ignē teneatur donec sit liquefacta integre. semperq3 cū spatula vel aliq̄ baculo agitetur. et in dicta tascha grossa ponatur. ⁊ fortiter comp̄matur. vt in situlam vel cathinū habentem aliq̄d aque cadat. ibiq3 stet donec sit optime ꝯgelata. tunc eleuetur. ⁊ ab omni sordicie q̄ sit inter ceram ⁊ aquam mundetur et seruetur. Et si placuerit vt pulchrior adhuc fiat. sine aqua iteruꝫ calefiat. ⁊ in vase aque madido cuiuscūq3 forme placuerit iterum reponat̄. Quicq̄d in tascha remanserit abijciatur. et ip̄a in aqua calida lauetur et ad fumū ponatur. et sic diu valde durabit.

¶ De omni vtilitate apum.

In apib⁹ utilitas magna consistit. si locum idoneū habeant. et prudenter ac solicite ꝓcurentur. Nam ex paucis breui tempore multa examina fiunt. nisi magna pestis temporis eis obsistat. nam in anno semel bis et plerūq3 ter pariunt. ⁊ examen emittunt. et sine magnis exp̄ēsis ac labore tenētur. licet non sint totaliter negligende. ex q̄bus cum augmentum receperint. vetusta quinq3 vel sex annoruꝫ que parere desierīt etate. magno precio quia multam habent ceram vendere potes. et noua seruare. Faciunt etiam ceram que maxime necessaria est regibus ⁊ prelatis. ⁊ quibuscūq3 personis vt notum est omnibus. que satis magno venditur precio. Et quod ampli⁹ est. die noctuq3 bonorem exhibet regi eterno. Item faciunt mel in maxima q̄ntitate. q̄d valde vtile est tam ad cibuꝫ q̄3 ad medicamina infinita. Ad ipsarum vtilitatem probandam refert Varro duos fuisse milites in hispania fratres. ex agro falisco locupletatos. quib⁹ cum a patre relicta essꝫ parua domuscula. et agellus non sane maior iugere vno. circa totam domum aluearia fecisse et ortum habuisse. et reliquū locuꝫ ac spacia thimo et citiso semine operuisse. ac etiam apiastro. Hos nūq3 minus vt per eque ducerent dena milia sextaria ex melle recipere esse solitos. Unde ait Persius Nec thimo satiantur apes. nec fronde capelle.

¶ Explicit liber nonus.

Incipit liber decim⁹ De diuersis ingenijs capiēdi aīalia fera. Et primo ponitur prologus.

Antiqui philosophi q̄ꝝ intellect⁹ a deo excelso illustrat⁹ est. vt vtilia huano generi cognoscerēt intelligētes q̄cūq3 sub celo sūt ad vtilitatē hoīm eē creata. subtili cogitauerūt ingenio. qualiter aīalia aerea terrestria ⁊ aquatica. q̄ ꝓpter peccatu3 primi parētis homini nequaq̄3 obediūt cape possent. Inuenerūtq3 mltas cautelas quibus hoīes vsi sūt. ⁊ suis ingenijs successiue infinita addiderūt ingenia plurib⁹ ignota. Jōq3 cūcta q̄ scire potero. ī scp̄tis reducere ītēdo. Primo tractās q̄b⁹ modis capiuntur aues. Scd̄o bestie siluestres. Tertio pisces De auibus aūt qualiter capiūt cū auibus rapacib⁹ domesticatis. cū retibib⁹. cum laqueis. visco. balistis. arcub⁹. ⁊ alijs q̄busdam modis. Et de bestijs qualit̄ capiūtur cū bestijs domesticatis. cū laqueis. retibib⁹ foueis. taiolis. ⁊ alijs modis. De piscibus etiā q̄b⁹ modis capiunt̄ cu3 retibib⁹. cistis. hamo. et calce.

De auibus rapacib⁹ in genere.

Prudentes antiqui vidētes q̄sdā aues ꝑ aera volitātes alias cape. caute laborauerūt auiū rapaciu3 genera domesticare. vt q̄s ꝑse capere nō poterāt. eaꝝ auxilio sibi querāt. Et horū p̄m⁹ inuentor d̄r fuisse rex Baucus. q̄ diuino intellectu nouit naturā accipitrū ⁊ falconū. ⁊ eosdē domesticare ad predā instruere. ⁊ ab egritudinib⁹ liberare. Post quē alij multi fuerūt. q̄ plura ipsaꝝ auium rapacium scientie addiderunt.

De accipitre.

Accipiter est auis nota. Et ei⁹ q̄dem natura ē. vt viuat de raptu aliaꝝ auiū ⁊ ideo sp̄ solus et nūq̄3 sociat⁹ incedit. q̄ ī preda nō cupit habere sodalē. ⁊ q̄ntū p̄t ad rapiēdū ꝓpe terrā volitat. ne ab auib⁹ q̄s cape intēdit videri possit. Ab oīb⁹ q̄dem quib⁹ insidiat instinctu nature cognoscit. ⁊ cū cū videt aut sentiūt garriūt. fugiūt. ⁊ se q̄ntum possūt occultāt. Hec auis velocissimi volat⁹ est in p̄ncipio sui mot⁹. s3 postea lent⁹ ē ei volat⁹. ⁊ ideo nisi statī rapiat. ab auis ꝑsecutōe desistit. ⁊ sup aliquā arborē adeo sepe indignat⁹ se ponit q̄ vix ad dominū vult redire. Inueniūt etiā accipitres ī alpibus q̄busdā nidificare. ⁊ meliores omibus sūt vt fert. q̄ nascūt ī alpe de bruca vl̄ brusia in schlauonia. Boni etiā nasci dicūt. q̄ nascunt in alpib⁹ q̄ sūt in cōfinibus verone ⁊ tridenti. Ex ip̄is q̄da3 sūt parui. q̄ cōmuni noīe vocant accipitres. Et quidā magni q̄ vocāt astures. sūt ei de genere accipitrum sicut coruus ⁊ gracul⁹ eiusdē generis sūt. et canis paru⁹ ⁊ magn⁹. ⁊ idem ī pluribus aīalib⁹ est videre. Et accipitrū q̄dam sunt maiores. ⁊ hi sūt femine. q̄ sūt maioris vigoris. ⁊ q̄dā sūt minores. ⁊ vocāt muschiti et sunt masculi. qui pauce vtilitatis existunt.

De pulcritudine accipitrū et cognitione bonitatis ipsoꝝ

Accipitrū pulchritudo cognoscit. si sūt magni. curti. paruū habētes caput. pectus ⁊ spallas grossas ⁊ amplas. tibias grossas. pedes magnos ⁊ expāsos. ⁊ pēnaꝝ colorez nigrū. Et bonitas q̄dē cognoscit. q̄ de nido extract⁹ melior est. ⁊ a dn̄o raro fugere ꝯsueuit. ⁊ hic vocat̄ nidasi⁹. Vel q̄ de nido egressus. de ramo in ramū matrem seq̄t. q̄ ramari⁹ vocat̄ ⁊ optim⁹ eē ꝯsueuit. Secūdi meriti ē is. q̄ postq̄3 de nido volauit. capt⁹ fuit anteq̄3 pēnas ī feritate mutaret q̄ sorus vocatur. Sed q̄ post tale tempus capt⁹ fuit. raro ꝯsueuit cū hoīb⁹ viuere vel morari. si tn̄ ꝑmaneat. bon⁹ est. q̄ ī feritate fuit solit⁹ aucupari. Et q̄nto animosior videt̄ ⁊ audacior ꝑ affectū ⁊ melioꝝ morum. tanto ab expertis melior iudicat̄

¶ Qualiter accipitres nutriuntur domesticantur. et instruuntur. et quales capiant aues. et qualiter mutantur.

Nutriuntur autez nidasij ⁊ ramarij bonis auib⁹ et carnib⁹ pluries in die paulatim ĩ hora. vt magis dñm suũ diligãt. Possunt etiã eis dari oua ĩ parapsidib⁹ fracta ⁊ agitata. ⁊ ĩ aquã feruentẽ ꝓiecta. ⁊ postea cuz digitis simul ꝯstricta. Idem fit ĩ soris a ꝑncipio. sed cũ optime ꝑuati et domestici facti sũt. semel tantũ sũt in die pascẽdi p⁹ tertiã cũ digestionẽ cõpleuerint. et non ante. qđ ꝑ gorgam vacuataz cognoscitur ab expertis. et si cibus de gorga vsqz ad diem sequentẽ nõ descenderit. tantundẽ sine cibo dimittantur. Item ꝑt bis in die cibari secure si cibũ inueneris descẽdisse de gorga. et q̃tiẽs ħ videris cibare secure poteris. nisi velis eodem die vel seq̃nti aucupatuz accedere. qꝛ tũc accipitrem famelicũ esse oportet. vt auidi⁹ predã petat ⁊ facilius ad dñm reuertatur. Domesticãtur ãt si plurimuz tenentur in manu. ⁊ maxime in aurora tẽpestiue. et inter multitudinẽ hoĩm. ⁊ ĩ rumore molendinoꝝ ⁊ fabroꝝ et similiũ. Instruuntur vero nidasij ⁊ ramarij. naz ceteri sũt in feritate instructi ħ mõ. Cibetur hora nona bono cibo. ⁊ seq̃nti die teneatur in loco obscuro vsqz ad nonã. Deinde accipiat̃ ⁊ portetur ad locũ venatõis et non dimittatur ꝑmo ad aregazas vel gazas. neqz ad perdices. qꝛ nimis sũt fortes. et si eas supare nõ posset. debilitaretur ei⁹ audacia. sz dimittatur qualeis. turdis. ⁊ merulis. ⁊ similib⁹ Q, si vis vt gazas capiat. habeas vnã captã ⁊ mltas pẽnas ei đ alis auferas. ⁊ q̃dã ĩ aliq̃ fossato abscõsus. ante ꝯspectũ accipitris eam ꝓijciat. et ei accipiter dimittatur. Capiũt ãt qualeas. et perdices aregazas. ⁊ glanderas siue gazas. ⁊ mltas alias aues vt merulas. turdos. passeres ⁊ bis similes. Mutantur vo q̃libet anno. nam ponunt̃ de mense Martij vel Aprilis in gabia magna. spãliter ad ħ facta. ⁊ posita ad solẽ ĩ loco calido veluti iuxta muros. plage meridionali oꝑpositos. Et cõpletur mutatio pẽnarũ ei⁹ in ꝑncipio Augusti. et ĩ plurib⁹ ĩ medio. ⁊ q̃busdã in fine. et in q̃busdaz non cõpletur omĩno. Et ad ħ valet si bñ pascãtur bonis carnib⁹. ⁊ ꝑcipue auiũ ⁊ ouoꝝ. vt bene impinguẽtur. tũc eĩ optime mutãt et q̃dam dicũt ad ħ valere cibũ stellionũ ⁊ bissarũ. et testudinũ et lacertaꝝ. Et aliqui ꝯsideranter depilant eos. vt noue pẽne nascantur veloci⁹. sed ħ modo multi iam sũt destructi.

¶ De industrijs aucupationis. et inducendi accipitrem vt a domĩo nõ recedat.

Caueat dominus accipitris ne aliq̃ mõ ledat eũ. sed cũ viderit eũ iratũ ⁊ nolentẽ stare sup manu vel pertica. suauit̃ tangat eum ⁊ ipm eleuet. si pendeat. ⁊ q̃ntũ potest cõsideret mores ⁊ voluntatẽ ei⁹. et in oĩb⁹ voluntatez e⁹ sequatur. et semp in manu eũ cibet nec sibi in aliq̃ ꝯtradicat. q̃niam accipiter est valde indignãtis nature. Preterea cũ iuerit aucupatũ. nõ emittat ipm nisi viderit eũ bñ appetere predã. ⁊ maxĩe ad aregazas. et gazas et glanderas. nec eum nimis a remotis dimittat. qꝛ cũ nõ ꝑt attingẽ auẽ sepe indignat⁹ recedit. et aliqñ in arborem ascendit. nec ad dñm vult redire. Item nõ fatiget dñs accipitrem vltra modũ nec sit tantũ auid⁹ multitudinẽ qualeaꝝ vl̃ aliarum auiũ habere q̃ eũz destruat. vel irasci faciat. Sz cũ eas ceperit q̃s videt accipitrẽ libenter appetere. sit ꝯtent⁹. et ex ipa preda eum cibet. vt sibi suam venatõnẽ sentiat ꝓfuisse et incitetur in amore venandi.

¶ De egritudinibus accipitrum. et de ipsoꝝ curis.

Accidit accipitri vt calefiat vltra naturã et cõplexionẽ suã in tantũ quandoqz vt

febriat. ⁊ tunc erit tactu calid⁹ ⁊ videbit̄ tristis. qd̄ qñq3 euenit ex solis spiritib⁹ inflāmatis ex nimio labore vel alio accidēte. Et qñq3 ex hūorib⁹ putrefactis. in aliq̄ pte corporis ei⁹ Et tūc si macer ē. parū ⁊ sepe cibetur ex carnib⁹ pullor̄ ⁊ paruar̄ auiū. a passerib⁹ tñ tūc abstinere meli⁹ ē. q2 multū calide cōplexionis existūt. Et dicte carnes detur sibi ī reb⁹ naturalit̄ frigidis īuolute. vt in seminib⁹ cucurbitar̄ ⁊ cucumerū tritis. aut ī muscilagīe p̄silij alias psillj. ⁊ similiū Vel paulisper coquāt̄ ī syrupo violato et similib⁹. ⁊ sibi dent̄ ⁊ ponat̄ ī loco frigido ⁊ obscuro sup̄ pertica pānis lineis īuoluta. in sucis frigidis plerūq3 infusis. Et qñq3 infrigidat̄. ⁊ digerere cibūñ p̄t ⁊ tūc silr̄ est tristis. ⁊ tactu frigid⁹. ⁊ color oculorū mutatur ad palliditatē ⁊ discolorationē. ⁊ tūc teneatur ī loco calido. ⁊ suauit̄ in manu teneatur ⁊ portetur. ⁊ paulisper qñq3 ad volandū mittatur. ⁊ dētur sibi carnes auiū. ⁊ p̄cipue passerū ⁊ pullor̄ masculor̄ ⁊ pipionū cocte aliq̄ntulū ī reb⁹ calidis. velut in vino. vel aqua in q̄ sit saluia vel menta vel maiorana. vel pulegiū ⁊ similia. ⁊ inuoluātur ī melle. vel puluere seminū feniculorū et anisorū aut cimini. ita tñ q̄ nihil omīno sibi detur. nisi p̄us oīs cib⁹ de ei⁹ gorga descēderit. Et si macer ē plus ⁊ sepi⁹ cibetur. Si pinguis. min⁹ ⁊ rari⁹. In vtroq3 tñ casu tēperate ciband⁹ ē. donec fuerit liberat⁹ Q3 si nullo mō digerit cibū. s3 eū oīno retinet. dicūt experti q̄ accipias cor rane. et liga illud cū vno filo. ⁊ fige cu3 vna pēna in gulā ei⁹. ⁊ postea trahas filū. ⁊ sic pastum eijciet. Item accidūt ei sexcupedes. ⁊ tunc vnge perticā ei⁹ vel pannū circa eā inuolutū. cū suco marelle vel absinthij. ⁊ sic dimittatur ad solē de mane vsq3 ad tertiā. Item accidūt ei qñq3 lūbrici. ⁊ tūc da sibi sup̄ pastū sucū folior̄ persici. aut puluerē santonici. ⁊ liberabitur. Et qñq3 patitur guttā in articulis ale aut coxe. ⁊ tūc minue d̄ e⁹ sanguīe. aperiēdo modicū venā. q̄ sub ala aut coxa existit. cū ī ea patitur. Itē accidit eis podogra. q̄ p̄ueit ex descēsu humor̄ guttarū. in nodis pedū et digitor̄. ⁊ tūc curāt̄ cū lacte herbe q̄ lactarola vocatur. vngendo ex eo eor̄ pedes. ⁊ vngēdo ex eo pānū lineū ⁊ ip̄m ponēdo sup̄ perticā. sup̄ q̄ teneat̄ accipiter donec erit rupta podogra. ⁊ tūc auferat̄ pān⁹ ⁊ ex sepo inungat̄ podogra. donec fuerit liberat⁹.

¶ De asture.

Astures sūt de natura accipitrū. sic ī tractatu accipitris ē dictū. Et cognitio pulcritudinis ⁊ bonitatis eor̄ ē sic accipitrū. et nascunt̄ ī alpib⁹ ⁊ nemorib⁹. Et domesticāt̄ ⁊ instruunt̄ ⁊ nutriunt̄ sicut accipitres. Capiūt autē perdices. coturnices. fasionos. ⁊ agbirones. ⁊ multas silr̄es aues. sc3 anates anseres. corniculas. et q̄si oēs aues q̄bus mittunt̄. et cuniculos. ⁊ lepores paruos ⁊ magnos. licet eos sine auxilio canū. retinere non possint. Feriunt etiā capriolos paruos. et eos impediūt adeo q̄ canes eos capere possunt. Mutantur vt accipitres. et eedem egritudines eis accidere possunt. ⁊ eodem mō curātur. Verūtamen fortioris sūt nature. ⁊ ideo nō de facili infirmātur ⁊ moriūt̄. et nō requirit̄ in eis tanta diligentia. et sic nō facile recedunt a dominis.

¶ De falconibus.

Falco est auis que de raptu viuit. ⁊ solus incedit ad p̄dam. sic omne volatile rapax. p̄pter causā ī accipitre assignatā. Hec auis mirabilis ē volat⁹ in p̄ncipio. medio. et in fine. q̄ sursū rotādo ascēdit. inferi⁹ intuitū figens. et vbi videt anatē anserē aut gruē sicut sagitta clausis alis ad auē cū vngue posteriori lacerandā descēdit. Q3 si eā nō tetigerit. p̄seq̄t̄ fugientē. et sepe cū auē in fugā ꝯuersā capere nō p̄t adeo irascit̄ ꝯ̄eam q̄ post ip̄am q̄dam furore volitās. a dño nimiū elongatur. adeo q̄ nō redit ad ip̄m. Hec auis valde animosa ē. et nobilissimi generis. Falcones p̄mo dicūtur venisse d̄ mōte gelboe q̄ in partib⁹ babilonie est. ⁊ inde venerūt in sclauoniā ad palum nudū.

deinde ſparſi ſũt p q̃ſdaz alios montes ar
duos.in quib⁹ inueniuntur.

De diuerſitate falconum.

Falconũ quidam
ſũt magni.q̃ falcones communi
noĩe dicuntur.z q̃dam parui qui
vocãtur byſmerli.Ex magnis q̃dam ſunt
nigri.q̃dam reſpectiue ſũt albi.et quidam
rubei ex coitu p̃dictoz inuicẽ generati.vi
delicet cum trizolus vni⁹ ꝑdita ſocia ſua.
cũ altera ꝓmiſcetur Et hm̃oi oẽs falcones
ſũt femine.et eoz̃ mares trizoli ſiue trizel
li vocantur.ſic dicti.q; ſimul tres in nido
naſcuntur.ſez due femine.et terti⁹ maſcul⁹
et ꝓptera trizol⁹ vocatur.q̃ nõ ſũt tãte v̄
tutis vt femine,z ſũt valde minores q̃z ip̃e

De pulcritudine et nobilitate falconum.

Pulcritudo et no
bilitas falconũ cognoſcit.ſi baby
caput rotundũ.z ſũmitatem capi
tis planam.z roſtrum curuuz et groſſum
et curtum.et ſpallas amplas.p̃nas alarũ
ſubtiles.Coxas longas z tibias curtas et
groſſas.pedes liuidos ſparſos et magnoſ
et q̃ talis eſt vt plurimum bonus eſt. licet
aliqui ſatiſ deformes ſepe optimi ſint iuen
ti.Ideoq; falconũ bonitas z audacia,ſolo
experimento ꝑfecte cognoſci p̃t. Uetuntũ
eoz̃ bonitatem z deſideriũ capiendi aues
multũ auget magiſtroz̃ ſuoz̃ ĩduſtria.
Et eoſdez a bono ꝓpoſito ſepe reuocat im
peritia eoz̃dem.

Qualiter nutriuntur,domeſticantur,et inſtruuntur,et mittũtur falcones.

Non ſunt tenendi
in ſup ligno.ſed ſolũ ſup petra rotũ
da z aliq̃ntulũ lõga.ſup ea ei ma
gis delectant inſtinctu nature.z ꝓſuetudi
nis eoz̃dez. Qui ex eis parui ſũt.byrcina
vel pullina carne nutriuntur p̃cipue. Cuz
aues capere inceperit.da ſibi de ꝓma quã
capiet q̃ntum voluerit. Idem facias de ſe
cunda et tertia.vt ex ꝫ ad raptum auium.
z ad obediendum dño animetur.Abinde
vero in antea ſtringe eum.cuz vis q; alias
aues capiat.hoc modo.ſcorzica gallinaz et
factria purgatoria.et da ei ma defacta i aq̃
et pone eum in loco obſcuro et dimitte vſ
q; ad auroram diei.poſtea calefac ad ignẽ
et aucupatuz vade.et non fatiges eũ vltra
q̃z velit.ſed ſolũ q̃ntum ip̃e vult z auide de
ſiderat mittatur ad aues.ſic enĩ libenter te
cum manebit.et quocũq; ierit.ad te cura
bit redire.Cum inueneris falconem tuum
audacem.et cũ intenſo deſiderio aues ca
pere.diligenter cõſidera ſtatum e⁹ĩ macie
ac pinguedine.et in q̃ ſtatu eum inueneriſ
in eodem retinere curabis.nam q̃dam fal
cones melius ſe gerunt cum ſũt pingues.
Plures autem et fere omẽs in ſtatu me
dio exiſtentes. Aliqui licet pauci cũ fuerit
maciores.et b⁹ generis.rubei vt plurimũ
eſſe dicuntur. Et cum ꝓmo mittuntur ad
aues.ad minores ꝓmo mittantur.deinde
ad mediocres.vltimo ad maiores. Si enĩ
ꝓmo mitterentur ad magnas z ſuperarẽt
ab eis.deficiente adhuc potentia et indu
ſtria quas vlu acquirunt.incipient abin
de in antea magnas z mediocres formida
re.ſicq; difficulter reſumerent audaciam
ſibi innatam.quam imperitia ſui doctoriſ
amiſerunt. Plurimum etiam ꝑfert falco
ni ad audaciam acquirendã ſi eum teneas
multum in manu.et des ei carnis pulline
hora tertia coram vnam.deinde pone añ
ip̃m aquaz in qua balneetur.poſtea pona
tur ad ſolem vt ſiccetuz.deinde ponatur in
loco obſcuro.ubiq; vſq; ad veſperas dimit
tatur.deinde teneatur i manu vſq; fere ad
ꝓmum ſomnum.poſtea lumen lucerne vl̃
candele coram eo p totam teneatur noctẽ
et cum matutina venerit hora.ſuburſetur
cum vino.et teneatur ad ignem.in auroza
vero diei.aucupatum portetur.et ſi capiat
q̃ntum vult de ꝓeda ſua cibetur.Si vero
nõ capiat.detur ſibi ala vna et media coza

galline. et in loco ponat obscuro. Circa me diū februarij falconem in muta pones. ⁊ d canis carnib⁹ alias oib⁹ carnib⁹ eum ciba bis. vsq3 ad mēsem vnū. Postea pones añ ipm conchaz aque. pus tñ da sibi comede. et si vides q nō mutat. vnge carnez quam sibi tribuis de re cocta et melle. q si adhuc nō mutat. accipe ranā ⁊ fac puluerē et sup carnē pone ⁊ mutabit. ⁊ caue ne ipm d mu ta tollas. anteq3 cōplete fuerint pēne ei⁹. ⁊ cū de muta acceperis eū ad calorē non te neas. s3 plurimū eū in manu tene. nec po stea vsq3 ad q̄ndecim dies cū eo aucupa tū accedas. Capiūt āt anates. anseres agbi rones. grues. ⁊ starnas. ⁊ mltas alias aues Sz fert q si comedūt sanguinē agbironis omne desideriū capiēdi grues amittunt. Si vero carnes soluz sine sanguine come dant hoc viciū incurrere nō creduntur

De egritudinib⁹ que falconibus accidunt.

Accidunt falconi bus oēs egritudines q̄s superius accidere accipitri dixi. ⁊ eadē sunt signa ⁊ cure. q2 omniū volatiliū rapaciuz fere eadē est natura. ⁊ ideo de his h tracta re non expedit. Unū tñ cognoscas. q falco nes sūt fortioris nature q̄z accipitres. ⁊ nō sic facile infirmātur ⁊ moriunt. si comedāt anteq3 cib⁹ de gorga descenderit. Quidaz insup falconarij. multos modos regendi falcones narrant. et alias egritudines eis accidere. aliasq3 curas necessarias esse. ex q̄ bus forsan aliqua vera sunt. q̄ p mltas ex perientias approbant. s3 mlta ex his q̄ dicūt ratione carent. et sūt poti⁹ apparētia q̄z exi stentia. Ideoq3 si q̄ hic desunt de cura fal conū ⁊ auiū rapaciū. p viros expertos. nō semel sed pluries longo tpe suppleant.

De hysmerlis.

Hysmerli sūt de ge nere ⁊ natura falconū. ⁊ sūt quasi falconelli paruuli. qd apparet per formā corporis et colorē pennaꝝ. q̄ꝝ aucu patio poti⁹ voluptatis q̄z vtilitatis existit. Capiūt āt p̄cipue laudulas. ⁊ tāti desiderij et animositatis sūt ad eas capiendas. q ple rūq3 psecuti sūt eas in villis vsq3 in cliba nū ardentez. aut puteū. aut sub mantellis hominū. De ipoꝝ autem doctrina et cura plura nō dico. q2 p supiora satis sciri pt.

De girfalcis

Girfalcus est auis grapax maior q̄z falco. ⁊ est magne virtutis ⁊ potentie. mirabilisq3 au dacie. adeo vt inuēti sint aliqui audaci spi ritu aquilas insultasse. Capiunt aūt omēs aues q̄ntūcūq3 magnas. Et sunt fere d na tura falconum. et ideo falconuz doctrina satis sufficit ad nutriendos et instruēdos girfalcos.

De aquilis.

Aquila est similiter auis de raptu viuens. q̄ ppter for titudinē et audaciam suā. vocata est rex auiū. nam oēs aues eam timent. sed ipsa nullam. Diuerse sunt species aquila ruz. quedam enim sunt valde magne. que daz mediocres. quedam parue. Et iterum q̄dam sunt nobiliores. non appetentes nisi volatilia et animalia terrestria viuētia. Et q̄dam q̄dammodo ignobiles ⁊ degeneres q̄ appetunt nō solū carnes viuas. sed etiaz mortuas. ⁊ pisces mortuos. ⁊ descendūt su per cadauera asinoꝝ. ⁊ similiū. ⁊ tales de clināt ad naturā et ignobilitatē miluoruz Aquile domesticant ab hoib⁹. videlicet q̄ parue de nido extracte fuerint. s3 eas q̄ diu in feritate steterūt nō esset tutū domestica re velle. q̄niam facile ppter suā audaciā et potentiā grauiter lederent ī facie vel alibi instruentē. Et domesticant vt hoib⁹ q̄rāt quaslibet aues magnas. s3 p̄cipue vt capi ant lepores. ⁊ cuniculos. et capriolos cum auxilio canū. Et q̄ aq̄laz venatū portat. dz esse fortis. alioq̄n ipi⁹ pond⁹ sustinere non posset. Et statim dum videt canes inuenis

se pasturā. aquilā ꝯsuetā ⁊ īstructā dimittere debet. q̄ semper supra canes volabit. ⁊ cū leporem viderit. subito descēdet ⁊ capiet eū. Nutrit aūt ex oīb⁹ carnib⁹. ⁊ nō de facili infirmat. Sz cū leporez ceperit. pascatur ex eo pluribus vicib⁹ vt eos postmodum libenti⁹ ꝑsequat. Qui iuxta nidū aq̄le habitant. vnū ex pullis ei⁹ accipiāt. ⁊ cū accipiūt. timore aquile sint armati. ⁊ p̄cipue in eoꝝ capitib⁹. Et cuz pullum habueris. ad vnū paruū palū euz in aliq̄ loco ligabis. Hꝰ vociferabit. venientqz pater et mater. deferentes eidē cuniculos. et lepores. si erūt in partib⁹ illis. ⁊ gallinas ⁊ anseres q̄ accipere poteris ⁊ habere. Ferunt tñ ⁊ qñqz cattas et qñqz bissas. ⁊ in districtu mutine iā detulerunt filio gallinā cū q̄busdā pullis existētib⁹ inter pēnas matris. q̄ habiti sine vlla lesione ⁊ nutriti fuerūt.

¶ De guuo et guuecta.

Guuus et guuecta sūt eiusdem nature ⁊ sūt aīalia nocturna poti⁹ q̄z diurna. qꝛ eorum oculi de nocte vidēt meli⁹ q̄z de die. Cum igitur deformia sint. ⁊ raro ab alijs aīalib⁹ videant. mirant aues in visione ip̄aꝝ ⁊ eas videre appetūt. q̄niā aīa tam brutalis q̄z rationalis ī reb⁹ nouis ⁊ insolitis. p̄cipue delectatur. Hoīes ergo cernētes alias volucres circūuolare guuo et guuecte. ⁊ eas cū auiditate plurima intueri. excogitauerūt ingenia q̄b⁹ eas capiant aues. q̄ ad guuū ⁊ guuectā libenti⁹ appropinquāt. nō ergo nutriant eas vt ip̄e aues capiāt. sz vt mediantib⁹ ip̄is. cū visco aut retib⁹ sibi querāt Viuūt āt de q̄buslibet carnibus ⁊ p̄cipue de muribus ⁊ noctuis. et cū cibate fuerint cōpetenter. ieiunāt duob⁹ trib⁹ vel q̄ttuor diebus. ⁊ guu⁹ vsqz ad octo nō ledit. Et femine meliores sūt masculis sicut omne volatile rapax. Et guuecta q̄dē meli⁹ tenet in aliqua colūbaria vel aliq̄ loco ei simili q̄z alibi. Et si bene domesticata fuerit. optime capiet mures in domib⁹ existentes. Comedunt etiā lacertas ⁊ ranas et omīa carnez habentia.

¶ Qualiter aues cuz rethibus capiuntur.

Aues cuz rethib⁹ plib⁹ capiunt modis. Et vno q̄dē modo capiuntur ad pantheram qua capiuntur anates. Et modus q̄dem est. vt iuxta aliquaz paludem. facias foueam circa .xx. vel .xxv. brachia longam. ⁊ circa decem vel duodecim brachia latam. vl totam maiorem si voles. et tantum concauam. q̄ circa vnam spannam aque hereat et sit a duobus capitibus longis acuta. In vno angulo sit quidam fossatus. et in alio aliquantulum longe sit casella. Circa foueam sint vndiqz spacia plana. quanta est rethium latitudo. Deinde fiat sepis circūquaqz ne lupi aut vulpes vel alia animalia nocua intrare possint. et aues in eo loco existentes fugare. In predicta fouea circa duodecim vel sedecim anates domestice die noctuqz morentur in hyeme. ⁊ milica in bona quantitate proijciat in aquā propter domesticas ⁊ siluestres. sintqz domestice siluestribus similes in colore pennarum. Circa foueam iuxta ripas figātur pali quattuor perticarum. qui rethia eleuant. et pali rethium figantur circa spacia prenarrata. et super ipsam cordam palorum paruorum totum colligitur rethe. et tam ipsum q̄z stangie siue baculi qui rethe eleuant optime cooperiantur. Sintqz rethia duo magna in vtroqz capite coniūcta. sicut rethia aroli. que quidez coopertorium vocant. que cum eleuantur. simul in altum coniunguntur. ad modum culminis domus paleate. Et modus quidem eleuandi eas est. q̄ iuxta casellam est furca in pertica. in cuius capite subtili est rethiū funis annexus. In grosso vero est cista fortis et mag̃ ex terra repleta. q̄ suo pōdere cū voles ad modū machine rethia eleuabit. Huc ꝯfluet mlitudo anatū ī nocte ꝑ aera

volātiū.cū domestice vociferabūt.Cūqz ī
mlta q̄ntitate descēderīt retbia eleuabis.et
cū pertica ꝑcutiēdo leuiter retbia.oēs sil-
uestres ī cucullū retbis qd̄ ē ī p̄dicto fossa
to extensū expelles.⁊ domestice q̄ nō timēt
remanebūt in pantera.Deīde aperies ca
put cuculli.⁊ facile cū dentib⁹ ī capite ana
tes occides.sicqz vna hora q̄nqz mille ca-
piuntur.

Modus capiendi grues.

Est et aliud inge-
niū q̄ capiūt grues.cigni starue.
⁊ anseres.q̄d est tale.In ripis flu-
minū ab vtraqz ꝑte infigit arbor altissima
vel due sil' iūcte vt lōgior sit arbor.habetqz
ꝑ totū cauiculas ꝓ ascensu.⁊ ī sūmitate ty-
rellā.in q̄ ponit funis retbis.c⁹ lōgitudo ē
ſm fluminis latitudinē ⁊ arboris distātiā
et ei⁹ latitudo ē.vt superi⁹ eleuata.vsqz ad
medias dependeat arbores.Deīde hoīes
vsqz a remotis veniāt ꝑ glareā fluminis.
oēs volucres q̄s inueniūt expellētes.q̄ vo-
lātes a splēdore aque nō discedēt donec in
rethe inciderint.⁊ tūc declinet rethe cu fu-
nib⁹ suis.⁊ volucres capiāt. Et mod⁹ iste
locū nō habet.nisi cū tp̄s fuerit nubilosuz
⁊ aer obscur⁹.alioq̄n aues eleuate.facile a
flumine deuiarēt.

Aliud

Est aliud ingeniuz
q̄ capiūt anseres ⁊ starue.q̄d est
tale.Tempe hyemis cū ex gelu et
sole puluis est in cāpis segetū.tendit in se-
gete vno sulco rete vnū.lōgū ꝑ.xl.brachia l'
idcirca.et latū circa q̄ttuor brachia..p⁹ ter-
tiā cū ī vespere capere cupis.vel in sero cū
vis in mane habere.Est aūt h̄ rethe simile
vni parieti.habetqz stagias eleuātes lon-
gas.ſm dimidiā latitudinē retbis.⁊ tendit
cū duab⁹ bragettis.vt pari.s.sz disponitur
vt ꝑ se eleuet violent.qz hō ip̄m rethe ꝑ se
eleuare nō posset.Cūqz totū rethe ī t̄ra fir
matū fuerit.totū sup cordā colligit.et tam
ip̄um q̄z stagie ⁊ bragette ⁊ funis trahens
optime ex puluere cooperit vl' herba. Sic
qz in vno fossato vel alibi aliq̄ntulū remo
to loc⁹ coopert⁹ vbi latitet hō.q̄ rethe leua
re debebit.In retbis loco.sint duo vel plu
res anseres domestici.siluestrib⁹ sil'es duo
bus paliculis alligati.et duo scorticati sil'r
si velis.vt illic siluestres cōfidēti⁹ veniant.
Cū siluestres descēderint ī aliq̄ ꝑte agri ex
opposito.vadat soci⁹ cū capello in capite.⁊
ligone vel alia re in manu.loq̄t aliq̄d.et la
borare videat.alioq̄n fugerēt.sicqz ꝯsiderā
ter et caute ꝑducat eas ad locuz retbis.q̄d
facile fiet ꝑ vniuersū agrum q̄ntūcūqz ma
gnū si h̄ caute facere scies.Cūqz in retbi vi
deris eas ꝯfidenter loquere.socioqz dicas
vt rethe trahat.Uerū qz h̄ auis cautissima
est.oportet te oīno cauere ne in mane ad lo
cū retbis accedas.qz statim ꝑpenderēt de
rore vl' pruina.pedib⁹ tuis mota ⁊ fugerēt
Et ido cū tetēderis in sero.nō ē necessaria
hec cautela. Plures āt nō obseruant hāc
cautelā.ideoqz rarius capiūt.⁊ solas iuue
nes simplices.nō vetustas sagaces. Et iō
cū tendis ī sero.statim ibi stelliones pone.
⁊ ꝑ totā noctē dimitte.Sed cū cape vis in
sero nō ē necessaria h̄ cautela.

Aliud.

Item est aliud in-
geniū capiēdi anates.iuxta aquā
vbi sabulū est.et ē rethe simile p̄dic
to sz ē paruū ⁊ satis spissum.⁊ eodem mō
tendit ⁊ sabulo cooperit.⁊ loc⁹ custodis ē
ex aliqua re.Deinde sabulo coopertus.vt
paruū habeat foramen vnde videre possit
Et caueat ne ꝑ foramen flatū emittat.cū ī
loco sūt aues. Hic nō sūt stelliones necessa
rij.sz ꝑ totā hyemem ponit ibi milica et vi
nacia.vt assuescāt aues locū frequentare.
Cuz āt ibi stare assueuerī.tēdas rethe.pote
risqz oportune locū custodire.atz viā ītroi
t⁹ lōgā cauare.⁊ melegarijs ⁊ sabulo d̄sup
cooperire.Item rethe vl' simile spissius ta
men tendi potest optime in areis vel alijs
locis ad capiendum columbos.perdices.
coruos.glāderas.aragazas.lodulas.⁊ oēs

aues paruas. q̄ escā granoꝝ accipiāt. ⁊ po
teris cū esca facere ꝙ ibi venire ac stare as
suescāt. ⁊ postea rethe tendere. ⁊ luto vl' pa
leis operire. Et h ingeniū p̄t habere locuz
tp̄e niuiū ⁊ q̄libet alio tp̄e. Et erit esca cōue
niēs spelta. faba. milica. loliū. ⁊ semīa vina
cie. ⁊ similia. vt frumētū motū. ⁊ cicercula
vel faseoli. et cū eodē rethi siue esca poteri
capi aues i estate. cū tēp̄e magne siccitatis
tetenderis iuxta aquas.

¶ Aliud.

Item est aliud in
geniū q̄ capiunt cū rethib⁹ auiū
diuersa genera. ⁊ p̄cipue colūbi ⁊
turtures. ⁊ q̄dā alie mediocris magnitudīs
aues. ⁊ fere oēs auicule parue. falcones et
⁊ accipitres. ⁊ oēs fere aues rapaces. Mo
dus āt ē. ꝙ duo rethia satis lōga ⁊ lata. oī
bus fere gentib⁹ nota. q̄ vulgarit vocāt pa
rietes. tēdūt i pratis vijs ⁊ agris. ⁊ iuxta aq̄s
remote fere ab inuicē vt ē latitudo āborū.
q̄ꝝ quilibet duos hz baculos eas eleuātes
cū trahit funis cōmunis. q̄ꝝ lōgitudo s̄m
latitudinē rethiū existit. ⁊ vnū caput cuius
libet cū paruo palo i terra firmat. ⁊ in vno
capite habent vnū funē cōmunē. q̄ ad quē
dā palū etiā cōmunē i terra defixū ānectit.
ab alio capite aliū habēt funē. q̄ ad vnū lō
gius ꝯiungunt. q̄ vsqz ad locū aucupato
ris q̄busdā ramis circūdatum ꝓtenditur
Hec āt rethia ꝑ colūbis et magnis auib⁹
sūt rara ⁊ fortia. ꝑ paruis. subtilia atz spis
sa. p̄dicta rethia cum sūt terre affixa iacent
in terra elōgata ab inuicē. ⁊ cū funis trahi
tur eleuāt ⁊ ꝯiūctim flectūt. ac operiūt oēz
auē veniētez ad locū q̄ erat vacu⁹ iter vtrū
qz. In h spacio vacuo tenēt colūbi ⁊ turtu
res aliq̄ excecati. vel habētes palpebras su
per oculos ne aliq̄d videāt cū filo ligatas.
Vel stent ibi aues excorticate. aliq̄ strami
ne replete. habētes caput integrū. ⁊ v̄gulā
paruā loco cruriū. q̄ stant recte vt videant
viuere. Pro paruis auiculis ponitur ibi
guuecta. ad quā videndā libenter veniūt.
vel tenent ibi auicule paruo filo ligate. ad
quas alie parue accedūt. accipitres etiā et
falcones. causa rapiēdi descendunt. Aucu
pator āt nusq̄z expectare dz ꝙ aliq̄ auis ac
cedēs se in terrā deponat. sed cū ꝓpe fuerit
trahere funē dz ⁊ auē volaniē ad terrā pro
sternere. ip̄amqz capere.

¶ Aliud

Est et aliud gen⁹
rethis q̄ auiū multa genera capi
untur. maxime cum terra ē niue
cooperta. q̄d vulgo vocat arol⁹. q̄ ex duo
bus retib⁹ nō multū magnis sz spissis ⁊ for
tib⁹ ꝯstat. q̄ in q̄libet capite ꝯiūgūt. ⁊ in ter
rā affigūt. distātes in partib⁹ medijs habē
tes q̄ttuor breues baculos. q̄b⁹ eleuāt i al
tū. nec flectūt in terrā cum funis trahit. sed
ꝑmanēt eleuati ⁊ simul ꝯiuncti cū retibus
desup ad modum tugurij. Hoc rethe cuz
omnib⁹ baculis ⁊ funib⁹ optime operitur
stramine aristarū vel paleis. et in spacio i
termedio tenēt ꝯtinue grana. ⁊ cetera ciba
ria. q̄ auib⁹ q̄ venire sperant. sint p̄cipue
grata. Cū aūt aucupator ꝑpenderit ibi eē
auiū multitudinē. latēter intret domuscu
lam valde clausam. q̄ ibi dz esse ꝓpinqua ⁊
subito trahat funem. ⁊ fortiter ad vnuz pa
luz i domuscula positū annectat ⁊ aues ca
piat. Hoc igenio capiūt facile milui ⁊ aq̄le
cetereqz aues sup cadauera descēdētes. si
cadauer totū vel pars ponat i medio retis
Itē eo capiūt vulpes. si gallina nocte po
nat i medio sz rethe hmōi ꝑ ip̄is et aquilis
forti⁹ esse debet.

¶ Aliud

Sunt et alia retia
q̄ vocant aranee valde subtilia ne
i aere facile videāt. q̄b⁹ capiūt mlte
auicule. cū ponūt erecta i aere. duab⁹ ꝑti
cellis ānexa i locis ꝑ q̄ auicule ꝯsueuert ve
nire. Itē accipitres his facile capiūt. silr et
falcones. cū circa colūbū erecta tēdūt. ⁊ eo
dē mō cetere aues rapaces. Sz haꝝ duo sūt
genera. Nā q̄dā aranea ē simplex. ⁊ v̄gulis
ad̄o leuit aptat ꝙ cū tāgitur cadit. auemqz

inuoluit. Itez est alia aranea triplicata. ex trib⁹ cōposita. quarum media est spissa. ⁊ plurimū lata. exteriora duo sūt valde rara ac adeo stricta. q̄ cū sunt ad capiendū eleuate. ac perticis stātib⁹ fortiter annexe. stant extense. mediaq; mollis ⁊ laxa. q̄ sup funiculū supiorem eleuatur. et cū auis incidit. trāsuolat ambo retbia rara. ⁊ ī medio spisso īuoluitur. et cū eo velut in sacculo q̄dā pendet.

¶ Aliud

Sunt et alia retia a quibus capiūtur perdices que sūt lōga ⁊ stricta. in medio q̄ndaz caudā ad modū sacculi longā habentia h̄ modo. Aucupator q̄ die venatur. pannū rubeū cū v̄gulis ad clipei modū formatū. ante se portat. et p agrū pergēs foramibus duob⁹ inspicit. ⁊ perdices inquirit. cuz eas viderit. circa ip̄as retbia tendit. q̄busdā palis affixis ad funē retbiū annexis. et caudā circulis apertaz extendit. semp ante se retinens clipeū versus perdices. q̄bus extēsis se perdicib⁹ appropinquat. et ī caudam retbiū paulatim impellit. nō solū timore sed etiā pedibus si opus erit. Qui āt nocte venatur. in fero locū inquirit vbi nocte moratur. ⁊ cū aeris integra obscuritas supuenerit. ad eundē locū cū igne reuertitur. Est aūt ignis in vase sic formato. q̄ nec ipse videtur. ⁊ aperte videt spacia vniuersa ppe se et p vnū agri sulcū accedit. ⁊ p aliū reuertit circa locū in q̄ perdices reliq̄t. ac cū eas viderit ip̄as operit cū retbi q̄d hz apertū in capite pertice formatū ad modū huic negocio oportunū. Vl' si hz retbe supradictū potest ip̄m tendere circa ip̄as. ⁊ impellere ⁊ capere vniuersas.

¶ Aliud

Est et aliud rete quod expegatorium a vulgo vocat. satis magnū q̄ capiūt pdices ⁊ qualee. ac fasiani. ⁊ q̄dam alie aues cum auxilio catuli ad h̄ instructi. q̄ aues inq̄rit q̄s cū viderit. stat nec ad eas pgredit vt expellat. sz aucupatorē dn̄m suū retro respicit. et caudā mouet. talit̄ q̄ ipse aucupator cognoscit aues esse paululū ante canem. ⁊ tūc ip̄e et soci⁹ retbe trahūt. et aues ⁊ catulū operiūt. ⁊ sic eas accipiūt. ¶ Est ⁊ aliud retbe paruū in capite pertice p̄paratuz. vt apertū existat. q̄ vn⁹ solus vtit. ⁊ cum ipso aues operit a cane p̄dicto modo inuentas Item h̄ eodez retbiculo vtit aucupator ad qualeas solas. cū qualatorio. cui⁹ sonus ē p oīa similis voci qualee generis feminini ad quem ardenter accedunt masculi prope ipsum. quos tunc operit atq; capit.

¶ Qualiter aues laqueis capiuntur.

Fit laqueus quo facile capiunt aues q̄ raptu viuūt h̄ mō. In loco vbi ppe morantur aues rapaces. vel q̄ trāseūt. infigitur fortis ab vtroq; capite arcul⁹ valde plicat⁹. ppe quē ab vna pte firmat v̄gula. ī cui⁹ scissura muris cauda īfigit. vel ad quā frustū mortue carnis annectit. seu rana. et ab alia pte. pertica fortit ī terrā dimittit. hn̄s ī capite laqueū ⁊ q̄ndā paruā cordulā. cū vno stecheto q̄ pertica firmat ad arculū. ⁊ ad paruaz īcisurā q̄ fit ī capite v̄gule murē tenētis. et laque⁹ circa murē extendit. ⁊ cū auis murē vel aliā rem vt exportet tāgit. pertica dissoluit ab arculo. ac supi⁹ eleuat cū aue rapaci q̄ pedib⁹ vinculat. Itē fiūt laquei mlti d̄ pilis caude caballine. ī vno funiculo eiusdez materie texti. q̄ tēdūt ī sulcis frumēti. funiculo a t̄ra eleuato vltra altitudinē auis. parū decliuis laqueis ⁊ apertis. vt auis transiēs capite īmisso. capiat collo. ⁊ h̄ mō capiūt pdices ī agris. ⁊ q̄lee. ac fasiani. ī semitis nemorū p q̄s trāseunt. Aues et aq̄tiles eodē capiūt mō. cū iuxta aq̄s vn̄ trāseunt. laquei tales tēdūt. Colūbe et ⁊ alie aues mlte capiūt ex eis cū īcubāt. l' pullos habēt. sicca nidū ip̄arū tēdāt. Itī fabis ac faseolis seminatis. capiūt colūbi ac turtures. paruis laqueis. q̄ vulgarit dicūtur scalelle. H⁹ āt laquei mod⁹ est q̄ in capitib⁹ parui baculi vel melegarij longitudine vnius semissis.

infigũt due subtilissime v̓gule altitudinis spanne vni⁹. ⁊ ĩ medio figit̃ q̃dã spina duorũ vel triũ digitoꝝ in lõgitudine lõga. hec scalella appodiat̃ ad ripã sulci vbi aliqua sit in ripa cõcauitas. taliter ꝙ spina iaceat in terra in fouea. ⁊ v̓gule sint superi⁹ eleuate. Juxta eã ponat̃ laque⁹. cũ paruulo palo terre affixus. q̃ leuiter apert⁹. amoueat̃ v̓gulis. et teneat̃ ab eis ⁊ in spina infigatur faseol⁹ vel faba mollis. solummõ vnũ granũ. q̃d auis rostro capiet. ac caput eleuãs sup collũ laqueũ trahet. plicata scalella cũ v̓gulis. quez sentiẽs territa caput eleuabit et collũ et laqueo capiet̃.

¶ Qualiter aues capiuntur visco.

Aues capiũtur visco multis modis. Uno mõ ꝙ inuiscant̃ v̓gule subtilissime iũcorũ vel vlmoꝝ vbi iũci desũt. Uirgule q̃dẽ fiãt breues vel lõge. respectu habito ad paruitatem vel magnitudinẽ auiũ capiendarũ ab ip̃is. sz p̃mo dz viscus tẽperari. vt sit bñ tenax. h̃ mõ. lauet̃ bñ cũ aqua tẽperate calida. aperiẽdo ip̃m maĩb⁹ balneatis. ⁊ a pustulis cũctis mũdãdo. Deinde admisceat̃ ei modicũ olei oliuaꝝ vt ñ sit adeo dur⁹ ꝙ pẽnis auiũ inuiscari nõ possit. q̃ facto. virgulis inuoluat̃. taliter ꝙ vnaqueqz v̓gula sit vndiqz inuoluta in duab⁹ vel trib⁹ partib⁹ ei⁹. tertia sine visco remaneat. q̃ tractari manib⁹ possit. Qz si tp̃s sit adeo frigidũ. ꝙ cõgelet̃ viscus. tẽperet̃ cũ oleo nucũ. He v̓gule parue inuiscate. infigũt̃ leniť ĩ v̓gis palmonũ. q̃ sũt pertice magne ramis viridib⁹ arborũ ⁊ p̃cipue quercuũ fasciate. habentes in capite supiori q̃ttuor aut quiqz v̓gas. paulisper eleuatas. ĩ q̃b⁹ affigũt̃ paruissime v̓gule inuiscate. ac ip̃e palmon⁹ cũ fuerit v̓gulis ĩuiscatis coopt⁹. infigit̃ ĩ t̃rã ĩ fouea facta ĩ ip̃a. vt stet ad formã arboris rect⁹ Itẽ circa ip̃m infigũtur rami arborũ ad q̃s appendũtur cauee. ĩ q̃b⁹ sint multe ⁊ diuerse auicule segregatim q̃ cantãt. ⁊ volitãtes paera vocant. q̃ vocate se ponũt sup dicto palmone ĩuiscato. et capte in terraz corruũt. Item cũ magnis v̓gulis ĩuiscatis capiũtur multe magne aues. ⁊ p̃cipue corui atqz cornices cũ auxilio guui h̃ modo. In locis vbi stare aut vnde trãsire ꝯsueuerũt. inciditur ĩ ramulis arbor aliq̃. que ab alijs arborib⁹ multũ distet. sz aliq̃ rami frõdib⁹ nudati relinquũt̃ in ea. vel aliq̃ ponũtur pertice sup eã. In his ergo infiguntur leuiter v̓gule magne viscose. ac guu⁹ in terra ponitur. ĩ loco paulisper eminẽti vt melius ab auib⁹ volantib⁹ videatur. quez cũ aues viderint. volitãt circa ip̃m. ⁊ volatu fesse. sup arborẽ inuiscatã descendũt. atz in terrã ruunt. q̃s aucupator pertica ꝑseq̃tur vt eas occidat. nam si manib⁹ capere vellz lederetur ab ip̃is. Item visco capiũtur accipitres. falcones. cetereqz aues rapaces. nam in terrã due vel tres infigũtur v̓gule ĩuiscate modicũ distãtes. ac versus seip̃as plicate. ĩ medio quaꝝ ligatur auis aliqua vt colũbus. vel pullus. vel caro. aut mus. pro miluis et quibusdã alijs auibus rapacibus que talia petant. ad que cum aues venerint capiũtur. Item capiuntur visco. passeres et cetere aues parue vel magne. si virgule inuiscate ponãtur in locis in q̃bus cibantur. vel vbi stare ꝯsueuerũt. Item capiuntur cordulis seu funiculis inuiscatis. regarbali. cum ad ficus veniũt vl̃ ad vuas et cetere aues que arboꝝ fructus furãtur. si predicti funiculi suspendantur ante fic⁹ vel alios maturos fructus ad quos venire asuescant. Item funiculis longis ĩuiscatis. capiuntur sturli. q̃ valde gregatim volant. cum habetur aliquis sturlus ad cui⁹ pedem ligatur funiculus inuiscat⁹. ⁊ ĩ manu tenetur. ⁊ dimittitur cum congregatio sturlorum prope videtur. tunc enim cum funiculo dimissus. ad gregem accedit. ⁊ cũ ip̃o grege stricte volitat. multiqz tãgentes funiculũ inuiscantur. et ad terraz simul cũ eo ruunt. Item visco capiuntur anates. ⁊ cetere aues aquatice. cuz ex eo inuoluitur funis longus. ex pauerijs quib⁹ scoria fiũt compositus. et ponitur precipue sero in lacu vel alio loco. vbi dicte aues morari

consueuerūt. nam aues ꝑ aquam natātes in nocte incidūt in funē sup aquā extensū. et capiunt. ⁊ seq̄nti mane capte inueniunt Sed oportet ꝙ hic viscus sit taliter temperatus ꝙ se ab aqua defendat.

¶ Qualiter aues capiūtur balistis.

Qualiter aues capiant cū balistis ⁊ arcub⁹. notuz est oīb⁹ hoīb⁹ ꝙ sagittant vbicunqz sint in terra vel arborib⁹ Sed in his obseruande sūt quedaz cautele. nō oīb⁹ note. quarū vna est. ꝙ balistator q̄ vult anseres vel alias magnas sagittare aues. debz habere bifurcatas sagittas ī parte anteriori vbiqz acutas. q̄ alam quā tangēt aut collū incidāt. nā sola ꝑforatio cōmunis sagitte vl' obtusio. nō lederet auē intantū ꝙ remaneret ibidē. sed vulnerata recederet. licet ex vulnere finalit alibi moreret. Itez dz intuitum cū sagittat dirigere. nō ad extra vagātes. sz ad vnā q̄ sit ī medio duaꝝ vel pluriū vt si ꝯtingat sagittā vltra vel infra ꝓgredi q̄d plerūqz ꝯtingit ꝑmaz vel vltimā feriat ne inuanū sagittet. Item q̄ vult in arborez sagittare columbos aut alias aues. pulzones q̄ sūt sagitte ī capite grossedz brē paris ponderis. ⁊ cū vult ad auē sagittā emittere debet cū pede signare locuz vbi ē. ⁊ notare locū in q̄ est colūb⁹ aut alia auis. ⁊ tunc sagittam emittat. si ꝑcutit hz qd̄ habere intēdit. alias sepe sagittā inuenire non potest sed eā facile potest inuenire. si ad eūdē locū vadat vbi erat cū sagittā emisit. ⁊ ꝑ eundē locū aliā eiusdē ponderis sagittā emittat. ⁊ ꝑ se vel ꝑ aliuz videat vbi cadit. ibiqz valde ꝓxime īueniet ꝑmā quā nō poterat inuenire. Item q̄ cū balista vel arcu sagittat dz manū sinistraz tenere firmissimaz. si vult rectissime sagittare. si eī h̄ agit ⁊ intuitū recte ad auem dirigit. nō errabit. ⁊ ē necesse ꝙ habeat balistā vl' arcū optimū. ⁊ sagittas rectissimas. si recte voluerit sagittare. Qui aūt arcū balottaꝝ exercet dz balottas habere equalis ponderis ⁊ bñ rotundas. Item capiunt alijs q̄busdaz modis.

Uno mō ad breuexellū cū guuecta. q̄ parue capiūt auicule. q̄ oīb⁹ fere notus est. sz ē sciendū. ꝙ h̄ mō capi possūt nō solum cū guuecta. sed et cū vno capite catte. nā ⁊ ad ip̄m auicule veniūt. Item nō solū cuz breuexello q̄ ex duab⁹ v̄gulis ꝯstat. verū etiaz cū vna mūda v̄gula inuiscata. Itē nō solū ad virides sepes vt cōmuniter fit. veꝝ etiā in quacūqz parte vie vl' agri. si aucupator supra se deferat leue instrumentū ex vīculis frondibusqz ꝯstructū q̄ valeat occultari. Nec est necesse auiculas excitari solo sono folij arboris seu eris vt communiter fit nam ⁊ cū sono seminū papaueris inclusorū in cellulis vel alteri⁹ similis excitari atz vocari possūt. nā ⁊ q̄buslibet extraneis ⁊ in auditis vocibus incitant. qꝛ mirant ex eis Item capiunt ad breuexellū q̄ rustici vtūt noctib⁹ valde obscuris. Habent eī faculā ardentē ex perticis siccis factā. quaz vnus defert decliuē prope virides sepes in q̄bus dormiūt. q̄ cū excitantur veniūt ad ignis splendorem. duoqz alij cū baculis cū volitant eas mactant. Sunt aūt baculi velut pale ī capitib⁹ breuiū perticarū ex paruis ꝯtexti viminib⁹. Item capiūt passeres precipue iuuenes minus sagaces cū naxa seu brithoello. q̄ ē q̄dā cauea ex iūcis ꝯstructa. de qua exire ignorāt. cū ad paruos passerum pullos in ea positos ingrediunt. nec exire sciunt. Item capiuntur aues in foraminibus et columbarijs cum mustela domestica in foramine immissa. Item capiūtur cum cista siue plastella precipue tempore niuium sic preparata. vt auibus intrantibus. cadat in qua grana congrua pro esca ponuntur. Cui proderit. si multa grana sub eis ponātur. ⁊ pauca velut fila longi⁹ extra. quib⁹ perducantur ad cistaz. Item cum scarpello capiūtur porcane. in cannosis vallibus vbi morantur. Est aūt scarpellus instrumentum quoddam ex duobus arcubus valde plicatis constructum. ab inuicem parum distantibus. inter quos modicum posterius ponitur fructus herbe coche. in forma similis ꝑ omīa

cerasis. quē accipere volūt ⁊ collo stringū-
tur. Sed ei⁹ forma ⁊ similiter pluriū inge-
niorum nō potest sic aperte scribi vt plene
intelligat̄ sicut oculata fide cognoscit̄. Itez
capiunt̄ cū cubaculo tpe niuiuz qd̄ est q̄d-
dam instrumentū ex paucis virgul' factuz
interi⁹ cōcauū. ⁊ in pte postrema acutū ha
bens ostiolū. qd̄ in terra iacet coopertū pa
lea. qd̄ cum vno vimine in terrā affixo ele
uatur. ⁊ posteri⁹ pcutit auē ad escam intrā
tem que int⁹ est. quā aliūde accipe nequit.
vndiqz terra tectū. Itē quodā delectabili i
genio capit̄ cornix cū ex ipsis habetur vna
nā ipsa duob⁹ valde breuib⁹ palazolis ad
principiū alaꝝ iuxta pectus annexis supi-
na in terra firmat̄ que fortiter clamat ac fu
gere nitit̄. alieqz ꝓpinque currūt eā iuuare
volētes. ex q̄bus ipsa vnā rostro ⁊ vngulis
capit ⁊ retinet vt cape possis. ⁊ eodē modo
aregazas capi posse asserit̄. Itē fert̄ aues q̄
gustant granū vel miliuz in fece boni vini
⁊ succo cicute maceratū ⁊ siccatum volare
nō posse ⁊ manu capi

¶ De capiēdis bestijs feris et primo qualiter capiūtur canib⁹

Lepores precipue
capiunt̄ canib⁹ ad quos inueniē
dos necessarij sunt canes q̄ segbu
si vel brachi vocant̄. qui quāto subtilioris
olfactus sunt tāto meliores existūt. Itez ne
cessarij sunt canes valde ad cursuz agiles.
qui eos psequant̄ vt capiāt qui omnes ad
hoc instruunt̄ ⁊ ad eos capiēdos inducūt̄
cū ex captis aliquid dat̄ eis in cibuz. A q̄b⁹
etiā caprioli capiunt̄ et aliqn̄ cerui p̄cipue
auxilio rethiū magnoꝝ positoꝝ i locis vn̄
fugant̄. Itē ab eis capiunt̄ vulpes licet i fu
ga sint valde sagaces. Itē capiunt̄ cuniculi
cū inueniunt̄ remoti a caueis. Itē canibus
capiunt̄ apri ac lupi sed cū auxilio venato
rum. Nā raro soli ad eos p̄sumunt accede
re nisi sint fortissimi mastini ⁊ audaces. Sz
ad apros capiēdos necessarij sunt pili for-
tes in ferro cruciferati. quos venatores vi
dentes aprū ad se irato animo venientē in
terram firmāt ⁊ ad aprū dirigūt qui eo pi-
lo vulnerat⁹ vsqz ad venatorē nō potest ac
cedere. sicqz a canib⁹ occidit̄. et similiter ab
alijs qui venant̄ eundē. Itē capiunt̄ cerui
cū ab homine vulnerati sagitta vel pilo fu
giunt ⁊ puus catul⁹ ad hoc instructus per
viā sanguinis exeūtis ipsum sequit̄ donec
ceruus semiuiu⁹ vel mortu⁹ inuenit̄. Itez
canibus inueniunt̄ ⁊ capiunt̄ ericij ⁊ q̄daz
alia animalia sil'r capiunt̄ ab eis

¶ Qualiter capiūtur cū rethibus.

Cum rethibus ca
piunt̄ cerui vt dictū est et vulpes
vt superi⁹ dixi cū de rethi locutus
fui qd̄ arolus vocat̄ a vulgo. Lepores etiā
facile caperent̄ rethib⁹ si in ea inciderent.
sicut ⁊ multe alie bestie fere

¶ Qualiter capiūtur cū laqueis.

Laqueis capiūtur
leones. Itē vulpes ⁊ lepores cuz p
aliqua foramina introire solent i
loca clausa. Sed h̄ duob⁹ fit modis. Uno
modo q̄ laque⁹ sit annexus ad aliquā per
ticā plicatā adeo fortē q̄ ferā collo captam
in altū eleuet ac suspēdat. Altero modo vt
ꝓpe laqueū sit fortis cannol⁹ stringēs laq̄-
um fere capte. impediēs etiā ne ipsa laque-
um rodere possit

¶ Qualiter capiūtur taiolis

Vulpes et lupi p̄-
cipue capiūt̄ quadā taiola ferrea
que circa se multos habet rampo
nes acutos. et ipsi habent circa se anuluz ꝓ
pe locū vbi annexi voluunt̄ ad quē anne-
ctit̄ frustū carnis. omniaqz occultata pre-
ter carnem in terra firmata iacēt. Cū autē
lupus carnē dentib⁹ captā eleuat. anulus
eleuat rampones circa caput ⁊ collū lupi.
qui cū forti⁹ trahit ⁊ recedere nitit̄: fortius
stringit̄ ⁊ tenetur. Itē fiunt alie tayole q̄b⁹
in pedib⁹ siue cruribus omnes generaliter
bestie fere capi possunt. q̄ occultant̄ in itine
ribus quib⁹ vtunt̄ que sūt talis figure aut

forme q nō nisi oculata fide intelligi possz. Ideoqz qui eas habere vult videat ab his qui eis vtunt sicut z ego videre volui

Qualiter capiūtur foueis

Dueis hoc mo/

do capiunt pcipue lupi. Fit qdaz fouea lata vt magn⁹ puteus et in tantū pfunda q inde exire non possit. Hec operitur vno rotundo graticio qđ non to tam sed quasi operiat foueā Sub graticio in medio alligat stanga lōgior graticio ac rotūda. in medio cui⁹ ponitur ligatus an ser vel agnus . et paleis operit vniuersus locus. lup⁹ veniens z volens accipe anserē aut agnū in foueā cadit. asse cum graticio subito revoluta. Itez fouea capit multitu/ do aprorz boc modo. In locis in quib⁹ mlti versantur agellus serit de milica quā ali qui saginā vocant. Circa agellū construit fortis z alta sepis ex viminibus arborum In vna pte relinquit aptus introit⁹ z io posito sepis depressa iuxta quā extra fit fo uea satis pfunda. Cū ipsa sagina matura erit ad ipsam venient multi apri p locū ex peditū intrātes. tunc ad locū accedat q cū/ qz vult etiaz sine armis z in loco introitus morez clamet z quocūqz modo potest ru morem ac strepitū faciat. Apri pterriti nō inuenientes vnde exire valeāt nisi p locū se/ pis deprelle inde psiliunt omnes extra i fo ueam quā videre nō poterāt intrinsec⁹ exi stentes. Itē p lupis vulpibus leporib⁹ z ce teris feris ac canib⁹ z porcis intrantibus z dissipantib⁹ vineas fouea fit boc modo. fo diatur ampla duab⁹ spānis et longa q̄tuo/ or pedibus aut trib⁹. et circa ser septez aut octo pedes pfunda cū spondis politis z re ctis in terra solida z ruinosa murata in lo co vnde sepe fieri ab eis trāsitus consueuit hec operiat primo ex transuerso de grossis berbis siccatis. z postmodum subtilissima terra. si berba nō sustineat terrā ponantur sub ea duo subtiles z frangibiles baculi ex trāsuerso z berba p longū que in medio se cōtingat. Q⁹ si nō potes vel nō vis facere sic pfundā. pone circū circa eā stangas vl assidiculas strictas babētes m̄tos clavicu los seu pirolos acutos infixos et declives in foueā. ac versus ptem mediā paulisper plicatos in quos inclusa bestia cū extra sa lire voluerit capite vl oculis in eos pcutiet et ledet adeo q quiescet. Et si eā mori volu eris in fundo m̄tos acutos palos infigas Vel si aqua multa i ea erit sufficiet ad mor tem ipsi⁹. quia nō poterit extra psilire nec viuere diu Itē dicta fouea fieri poterit in q̄ libet tramite pfunda solūmodo quattuor vel q̄nqz pedibus cū auxilio vni⁹ rebalche ex viminib⁹ facte sup vna rotūda stanget ta facile volubili firmata in quolibz capite cū vno vncino fortiter infixo terre in quo voluat. Hec rebalcha sit ab vno capite fir mata distās a fouea vno semisse. In alia p te in angulis z i medio habeat lapides pō derantes annexos. Hec stet eleuata quasi omnino erecta cuz vna furcula cui⁹ inferi or ps sit sup vno baculo breui qui sit i me dio foueę ex trāsuerso sup vno puo palazo lo ab vtroqz capite q̄ sit affixus in ripa fo/ uee in pte suprema Sup boc breui baculo ponat quedā virgula p longuz foueę que sustineat berbā z terrā tantūmodo. atqz a bestia pressa descēdat z baculū breuē cum furcula z rebalcā cadere faciat. Hec rebal ca de die sup foueā maneat ne homo tran siens in eā ruat si canis vl sus in eā incidat cū vna scalella que grad⁹ assiduz habeat extrahi poterit

De quibusdā aliis ingenijs qui bus capiuntur bestie fere

Elephantes capi

unt hoc modo. Ipsi cū nō habent genua iacere non possunt. ideoqz cū dormire volūt se arborib⁹ appodiāt et q̄ escunt. Venatores bas arbores resecant sz nō pficiunt vt p se ruere possint sed appodi atis elephātibus cadūt et ipsi ruūt. z ve natorib⁹ occidūt. Ursi capiunt hoc modo armat homo ferreis armis capite vndiqz coopert⁹. cum solo cultello acuto ad latus

accedit in siluam vel aliū locum ad vsum
vsus erigitur ad hominē armatū accedit
z amplectit ipsum. armatus qz tunc euagi-
nato gladio locū cordis vsi perforat et sic
eum occidit. Vulpes in caueis suis capiū
tur hoc modo. habet venator alueū apuz
quadratū. sed longū plus et minus latum
hic ab vno capite paucis filis ferreis clau
sus est a alio capite habet ostiolū interi⁹
ex pte superiori guerzatum z preparatū vt
possit intus eleuari. superius z nō extra ex
ire. Descendēs hoc ostiolū superius eleua-
tuz pmanet cū virgula parua Hoc instru
mentū ponit in fouea vulpis cū prescituz
est ipsam in ea esse ps ostioli ponit in pte
intrinseca fouee. ceteriqz introitus fouee q
plures esse conuenerūt claudunt optime
vulpes autē exire volens in alueum ītrat.
non putans filis subtilibus impediri. licqz
virgulā secū trahit z ostiolū cadens eā cō
cludit. que retrocedens fortiꝰ claudit z fir-
mat. Venator aūt quādocūqz veniēs vul
pem si vult ferro cuspideo mactat. Vel si
vult ipsaz cū alueo supra puteū vl magnā
tinam portat. et aperiens ostiolū ipsaz rue
re facit in tinam. Cuniculi capiunt sic. Ve
nator sonans z strepitꝰ agens eos fugat i
cuniculos suos cōcauos. nā ipsi qz pauidi
nimiuz facile fugiunt ad eoz foueas vt ibi
tute morent. Venator tunc ponit reticulū
apertū z in terra bene firmatū ante quem-
libet introitū deinde p vnū introitū immit
tit furectū quē domesticum habet. rostro
clauso quodā frenello ne aperire possit. ac
cuniculos capit z comedere. nec extra redi
re velit. hic furectus paruz maior mustela
boz ppius inimicꝰ oēs cuniculos extra
pellit. licqz intrāt in reticula z capiunt

De muribus capiendis et oc-cidendis.

Mures multis mo
dis capiunt z occidunt. Uno mo
do a muscipulis domesticis q te
nentur i domib⁹. Alio modo nō cū musci
pulis sed trapulis que fiunt ex quo ligno
cauato in quo cadit aliud lignū paruum.
graue tamē opprimens z occidens mures
intrantes ad cutē porci posita z annexā in
ea ad quandā particulā ligni que cuz tan
gitur facit qđ supra est cadere supra murē
sed hic modus est adeo notus omnib⁹ q
non expedit pleni⁹ explicari. Itē capiūtur
quodā assidē elevato cadente. qui ex q̄daz
columnella facta sustentat eleuat z tenetur
quadā spatula cutē habente sic preparata
q columnella diuisa nō aperit nisi cū mus
cutem tangit in spatula alligatā et tunc ca
dit z murem occidit. Itē est alius modus
cū in vno nodo canne grosse fit in capite ar
culus cū cordula in qua acus magna cō-
sistit in medio. canna foramen habet in me
dio et cutē interius cuidā virgule alligatā
et sic preparatā q cū mus p foramen cutē
mordet ac mouet arculus descendit z acus
magna pforat caput ei⁹ eū qz retinet ne fu
gere possit. Est etiā alius mod⁹. cū vas ali
quod quo exire nō possint ad medietatem
aqua implet cui⁹ superficies operit spel-
ta que natat. quā mus videns et non aquā
descendit in eā et aqua necat. Itē est alius
modus q vas aliqđ operit membrana hec
in cruces scindit z in medio annectit cutis
porci. mures accedētes ad eam cartaz seu
membranā flectūt z intra ruunt. et necant
si aqua in eo fuerit. alioqn breui tempe mo
riūtur fame. statim qz carta sui natura sur
sum regredit vt eodē modo infinitos deci-
piat mures. Fertur etiā ab expertis q si mu
res in vas sine aqua cadētes diu viuere p-
mittātur. fame nimia coacti se comedunt.
fortioz vilioz. q si tantū relinquātur vt re-
maneat fortioz vn⁹ solus et hic permittat
abire. quoscunqz i aliqua pte inuenerit oc
cidit z comedit assuetus z facile cū ab eo ñ
fugiant. Item occidūtur resalgari trito et
caseo aut farina mixto que libenter come-
dunt z moriūtur cum sit ipsoū venenum.
Sed a loco remouenda est aqua qua sepe
iuuantur si eam bibāt. Capiūtur etiam si
supra vas vnde exire nequeant ponit qui-
dam baculus p medium scissus scilicet vna

medietas i medio scissa et sic preparata vt se sustineat sed non murez. In eius medio ponatur nucleus nucis ad quē cū accedit cum baculo fracto cadit. et si aqua sit in eo statim morit. aut si non est statim occidat. Itē mus viuus facile capit si sub circūferentia parapsidis nux ab vna parte rupta ponitur ruptura respiciēte interi⁹. Quod⁹ ceteris melior ad capiendū mures tā magnos q̄z paruos. hic est. Accipe duas assiculas lenigatas vno brachio longas et latas vno semisse ipsas cōiunge distantes quattuor in altitudine digitis vel parū minus in parte infima cū duab⁹ paruulis assiculis incastratis i quolibet capite. vna vt eis desubtus sit equalis. sub ipsis affige cartā de pecore grossam incisam in medio extransuerso sed ꝓpe mediū non affixam. z intantū restrictā q̄ possit inē assidel eleuari. vt si descendēs deformaret possit ad suā formā reduci. Itē dicte due assidel desuper in capitibus cōiungant. ac super eas tenetur assicula in medio habens clauū rectorium ad quē suspendat fructulum cutis porci Vel non suspendat dicta cutis sed in medio dictaz assidū prope cartā sit sic vna mescola interius pforata et cute cooperta in qua sit sala polita affixa. circa quaz mescola cū cute facile revoluat. Hoc edificiuz ponatur super quecūq̄z vasa fictilia seu lignea vnde mures exire nequeant. Et optimum est q̄ sepeliat in massa frumenti vel alterius grani vbi mures intrant. et cū appropinquauerint cuti ruent et carta cū eis descendēs releuabit z de q̄buslibet accedentibus idē fieret neq̄z muscipule ipsaz arturam intrare valebūt

¶ De piscibus capiēdis. et primo qualiter rethib⁹ capiūtur

IN mari iuxta planum littus capiunt ꝑcipue multi pisces cū rethi q̄ multi scorticariā vocant. Hoc rethe est valde longū et satis amplū z spissum. habēs cordā vni⁹ lateris plumbatā z alterā leuiatā. vt in aq̄ extensum rectū permaneat. Hoc rethe cū naucula infra mare defertur vno capite in terram relicto vt aliqua particula eius continuo descendat in aquā. Cū naute fuerint infra mare quantū rethe extendit arcualiter cum illo capite reuertunt ad littus. z q̄busdam ex eis cū illo capite in terrā descēdentibus vnus in naucula reuertit extra rethe ad mediū eius ad hoc vt pisces infra rethe comꝑhensi videtes se ad terrā trahi nō ꝓsiliant extra rethe. Duo autē piscatores ab vtroq̄z capite in terra existētes trahunt cū piscibus totū rethe ad littus. q̄ sepe mltos trahunt magnos z puos. plerūq̄z paucos aut etiā nullos quia in eo loco non erant Item capiunt in mari cū quodā rethi subtili non multū magno duabus perticis alligato. quod quidā in naucula existentes apertū in aquā demergāt. z post paululuz cum piscib⁹ eleuant. Itē capiunt in fluminibus et ceteris spaciosis locis cum rethi. quod transuersariū multi vocāt. qđ est extribus compositū. s. vno medio spisso z duobus extrinsecis raris habens in vno latere plumbū in alio lebias. Et si valde lōguz sit quasdā cucurbitas siccas appone vt extensum in aqua ꝑmaneat. hoc rethe sit longum vel breue ꝑm q̄ loci aque latitudo requirit. hoc in aqua per magnā horā dimittitur. vt in illud natātes incidant pisces. q̄ rara rethia transeunt z inuoluunt i spisso. vt auicule in aranea supradicta cum ō capiendis auibus dicebat. Item capiunt riualibus in paruis aquis. Est autez riuale rethe paruū et spissum duob⁹ annexuz baculis quos piscator tenet manibus z apertum p aquā ducit atq̄z prope ripā cuz piscibus claudit. Itē capiūtur zaclo. Est autez rethe subtile spissuz habens tentorii formā in circuitu plumbatū et reuolutū. habens in cacumine longū funem. hoc rethe piscator supra brachium sinistrū tenet clausum atq̄z in aquā apertū eiicit. hoc apertū subito ad fundū descendit z omnes pisces inferius se inuentos concludit. eosq̄z cū trahit secū trahit. Item capiuntur cum negossa.

que est retbe ad modū riualis formatum. ⁊ ad vnā perticā cum duob⁹ baculis amminiculātib⁹ apte annexū. Hoc rete piscator extra aquā existens in eā p̄cipue vbi q̄ escit immittit ⁊ cū piscibus eleuat. plerumq; etiā sine ipsis. Et quādoq; circa herbas ⁊ frutices ꝓpe terraz immittit. ⁊ cū pertica percutiēs in herbā pisces occultatos ī herba in retbe expellit. Item capiunt̄ plurimi in locis angustis valliū cū retbi quod cogolariam vocant. quod est retbe magnuz forte ac spissum ⁊ longū. habens introituz rotundū ⁊ latum ⁊ paulatim angustat̄ vsq; ad caudā. que longa est habens multa receptacula. in que facile intrant pisces et nusq̄z redire queunt. Hoc retbe ponit̄ cuz duabus grossis perticis ī dicto loco angusto. circa quod est vndiq; lignaminū vsq; ad ripā fortis clausura cui dicte pertice annectunt̄. Hoc retbe die noctuq; tenetur ibidem. introitu ad ꝑtem superiorem verso. ꝑ hunc locū nullus omnino piscis de sursuz veniens transire potest cū nullus sit ibi locus apert⁹. descendūt igitur omnes in apto retbis ore. deinde in caudā strictaz. Piscator vero aliquādo dieb⁹ interpositis ad locū accedens caudā retbis in nauiculam trahit ⁊ aperit inuenitq; aliquādo tot pisces precipue anguillas. que cōglobate sūt cum amore feruescūt vel stardinas q̄ gregatim incedunt ꝙ nauicula tenere non potest. Cetera etiā genera piscium in talibus aquis morantiū in eo capiūtur. sed non simul in simili quātitate. Item capiūtur in vallibus multi pisces in locis apertis et ꝓfundis in quib⁹ precipue magni morātur pisces cū retbi quod degagnā vocāt quod magnū et latū in fundū eijcitur et per eum trahitur ⁊ cū piscib⁹ eleuatur. Item capiūtur in vallib⁹ non profundis sed latitudinē magnā habentibus multi pisces generuz diuersoꝝ quicūq; in talibus aquis morentur. hoc modo. Habent piscatores gradellas fere infinitas de paludosis cannis constructas quibus claudūt maxima valliuz non profundarū spacia paloꝝ auxilio relictis paruulis aperturis in pluribus locis ad quas ponūt retbia ꝑua rotunda ī capite ampla. ⁊ cauda cū receptaculis suis angusta in qua possunt intrare sed non exire hec retbia semꝑ die noctuq; ibi relinquūt. ⁊ quasi omni die in mane eleuāt cum piscibus qui ꝑ loca spaciosa natantes transire posse ꝑ dicta vacua loca sperabāt. Fiūt etiam ex his graticulis alique taliter inuolute ꝙ pisces intrātes exire nesciunt sed inde extrahūtur cū quodā ꝑuulo retbi posito ī capite vni⁹ pertice bifurcate

¶ Qualiter capiuntur cistis et caueis ex viminibus factis

Pisces capiuntur p cistis ex viminib⁹ factis que in capite sunt ample mediocriter. et in cauda stricte. que a piscatorib⁹ in aq̄ stantibus ꝑ fundū ducūtur ad modū ripaliuz retbium. Et quādoq; tales ciste sed leuiores ponūtur in capitib⁹ perticarū ⁊ ꝑ aq̄m turbidā ducūtur a piscatore in terra stante vt supra de negossis narratū est. Itē ex iuncis fiunt nasse rotunde ac late cuz introitu interius constricto et extra amplo que die ⁊ nocte cū pondere vni⁹ lapidis dimittuntur in fundo aque. habentq; vicē aliquaz ī cauda ligatā qua extrahunt̄. Sed duarū formarū fiunt. vna forma est ꝙ sit interius multū ampla rotunda. ī cui⁹ fundo ponit̄ creta mollis. ⁊ grana ei annexa ad que intrant quedā genera pisciū causa cibi ⁊ ind̄ exire nesciūt. Alia forma est tota stricta et longa. sed in introitu mediocriter aperta ⁊ in medio valde stricta. deinde lata ⁊ in cauda strictissima in quā intrāt nō causa cibi. sed vt ibi occulte morent̄. nec de ipa sic̄ nec de p̄ma exire sciunt

¶ Qualiter pisces capiūtur hamo spadernis et calce viua et fossinis

Hamo capiuntur b pisces trib⁹ modis. Uno mō cum in eo ponitur pisciculus aliq̄s viuus cū q̄ pisces capiūt̄ rapaces deglutiētes

bamū cum piſciculo viuo. Hic bam⁹ req̄
ritur ex ere magnus ⁊ fortis. cum forti cor
dula filo inuoluta ppe ipſum ne rodi poſ
ſit. eius cordula cuidaz paruo paueriaruz
ſiccaz faſciculo annectitur. ⁊ in aquā ſtan
tem cuz bamo ⁊ piſciculo viuo eijcit. ibiqz
tota nocte relinquit. piſcis captus lōge fu
gere vt ſe occultare faſciculo impedit. ſicqz
mane a piſcatorib⁹ inuenit. Secundo mo
do bam⁹ cuidā funiculo ex pilis albis eq̄
ne caude annectit. ⁊ circa ipſum cibus qui
a piſcibus magis appetit inuoluitur vt nō
videatur bam⁹. ⁊ ipſe cuidā virge in ſūmi
tate ſubtili annectitur. Deinde in aquā eijci
tur vt notū eſt omnibus. Sed in hoc exbi
benda eſt quedā cautela videlicet q̄ piſca
tor ſciat qualē eſcā quodlibet genus piſcis
auidius appetit quolibet tpe anni. Nā idē
genus piſciū ꝑm variationē tempoz anni
diuerſa cibaria querit. Sed hoc ſcire pōt
qui captorū viſcera ſcindit et inſpicit qua
lem eſcā cōmuniter aſſequūtur. Vel ſi di
uerſas eſcas modo vnā modo alterā in ba
mo ponit. Item valet cōtra piſces cautos
qui eſcā appēſam funiculo accipere nolūt.
ſi habet virgā ⁊ funiculū abſqz bamo cum
qua plerūqz eſcam in aquā emittit ad quā
aliqui minus cauti accedēt. eāqz ſine perī
culo exportabunt. qō cū pluries fecerit ba
mum eijciet ad quē omnes etiā cauti acce
dent. Secūdus modus ſeruat in aquis p
fundis. Nam in eis manu eijcit bamus al
ligatus longo funiculo habente modicuz
plumbi per vnū bracbiuz prope bamuz vt
deſcendat ad fundū. ibiqz teneat precipue
in currentibus aquis. Talis funicul⁹ ma
nu teneatur. digito indici appodiat⁹ ab eo
qui ſit in naui vel ponte. cum ſentiet piſcez
capere bamum. fortiter trabat primo. vt i
eius infigatur ore Deinde paulatiz trabat
donec ipſum piſcē manu capiat qui rariſ
ſime paruus erit. cū ſoli magni morent in
fundo. licet aliquādo diſcurrant per ptem
mediā vel ſupremā. Cum ſpadernis capi
untur tinche. Sunt aūt ſpaderne tres ac⁹
ex ere retorte ac ſimul ligate que quibuſdā
breuibus funiculis annectunt ac ipſi om
nes non multū diſtantes cuidaz funiculo
longo ⁊ forti ligantur. His apponitur cau
da cancrorū vel lumbricorum groſſorum.
eſca et in aquā cum quodā lapide in capi
te funis in ſero extenſe iactātur et mane ca
pte tinche tollūtur. Calce viua capiuntur
piſces ſi ipſa ponatur in ſacco. et in aq̄ ma
xime ſtante in paruo loco incluſa. Hic ſac
cus a duobus per totā aquam fortiter agi
tetur. ex hoc omnes piſces quaſi ceci veni
ent in ſuperficiem aque ac manibus facile
capiētur. Item capiūtur groſſi piſces foſſi
nis in aquis diaphanis. Eſt autez foſſina
ferreum inſtrumentū habens multas acu
tates quarū quelibet habet barbulaz ad
tenendū. et ſunt aliquantulū diſtantes ab
inuicē. Quod piſcator habet in capite ba
ſte vel lancee. vaditqz cū eo quiete in naui
per aquas ⁊ cū piſcem videt euz fortiter fe
rit et infixum tenet. Idem faceret exiſtens
in terra et in aqua turbida cum in ſuperfi
cie piſcem videret

Incipit liber vndecimus De re gulis operationū ruris

In ſuperiori
bus diffuſe dictum eſt de
omni operatione ruris.
Sed quia memoria bo
minum breuis eſt ⁊ rerum
ſingularium turbe non ſuf
ficit ideoqz vtile viſum eſt materias tracta
tuum que poſſunt generaliter exprimi. cō
pendioſis ꝑm ordinē libri concludere regu
lis vt ſola noticia ipſarū pluriū generaliter
habeatur memoria.

Et primo de cognitione loci habi
tabilis in cōmuni

Vris exercitia for
titudinē habitatorū operantiuz in
duſtriam et aptitudinem querunt
Ideoqz loci ſalubritas precipue querēda
eſt. aer ⁊ venti. terre ſitus et aque bonitas

locum habitabilē fertilē et salubrē demonstrāt. Vir prudens predia empturus, ante omnia loci salutem consideret ne in eorum emptionē et domorum fabricā pecunia collata velox postmodū cum personarum detrimento aut rei familiaris dāno penitētia ñ sperata sequatur

De cognitione aeris

AEr calidus est et humidus si nulla causa extrinseca conuertat. Aer bonus est qui putrefactus non est, neq; caliditatis aut alterius qualitatis excellentiā habet sed in his omnibus equalis aut equalitati proximus inuenitur. Aer temperatus et clarus sanitatem efficit habitantiū et conseruat et plāte ab eo proportionabiliter conualescunt et fructificant. Inequalis vero et vaporum lacuum et stagnorum immixtione turbatus contrarium operat et tristificat animā. humores cōmiscet. et plantas corrumpit. Omis aer qui cito infrigidatur cum sol occidit et cito calefit cum ipse oritur est subtilis. contrarius vero existit econtrario. Aer omnibus deterior est qui coarctat et aeris attractionē angustat. Aeris salubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera. nebularū nocibus absoluta et habitatorū sana corpora

De cognitione ventorum

VEnti meridionales absolute considerati calidi sūt et humidi Septentrionales frigidi et sicci. Orientales aūt et occidentales q̄si temperati. Sed in quibusdā locis meridionales sunt frigidi cuius a parte meridiei eisdem fuerint montes niuosi. et septentrionales calidi cum in ea parte transeunt per adusta deserta

De cognitione aquarum

AQua frigida est et humida si nulla causa extrinseca fuerit immutata. Aque fontium terre libere in quibus nulla extrinseca malarum dispositionū et qualitatuū causa superat sunt aliis meliores. Aque petrose sunt bone nec facile terrestri corruptiōe putrescunt. Aque fluminum currentes sunt aliis meliores si super terram liberam nō fetidam neq; lacunosam incedant. et que ad orientem tendunt et multum a suo elongantur principio sunt omnibus meliores et que ad septentrionē vadit bona. que vero ad meridiem vel occidentē fluunt sunt male maxime cum meridionales sufflauerint venti. Aqua laudabilis est in qua res cito coquitur. et nullus odor in ea superat neq; sapor. Aquarum eiusdē dispositiōis que leuior est melior iudicatur. Sublimatio et distillatio similiter et decoctio aquas rectificant malas. Ex aquis laudabilibus sunt aque pluuie. precipue que cum tonitruo in estate proueniunt licet propter earum subtilitatē cito putrefiant. Aque puteorum et aqueductuū comparatione aq̄rum fontium nō sunt bone precipue que de plumbo fistulas habent. Aque male sūt lacuales. paludales. sanguisugales et omnes quibus admiscetur aliqua substantia metallina. Grosse autē sunt glaciales et niuose. Aqua temperate frigida sanis melior est omnibus aquis. appetitum enim excitat et stomachū fortem facit. Calida vero contrariū operatur. Aque salse macrescere faciunt et exiccant. Turbide vero lapidē et opilationes creāt. Si aque bonitas vel malicia ratione discerni nō potest incolarum salubritate noscatur

De cognitiōe situs loci habitabilis.

LOci caliditas et frigiditas būiditatis et siccitatis dispositio. altitudo et profunditas aquarum multitudo paucitas et earum malicia et bonitas. montiū. lacuū. paludū. et maris vicinitas. item terre dispositio q̄ lutosa vel būida. cenosa. minerosa seu petrosa existit. situs indicant qualitates. In locis calidis

habitantiū denigrantur facies et capilli ⁊ eorum corda sunt timida citoqꝫ senescunt In locis frigidis existentes audacie sūt maioris ⁊ melius digerētes. que si humida fuerint crassi. carnosi. teneri. et albi erunt. In locis morātes humidis pulcrarū sunt facieruꝫ. ⁊ eis diuturne accidunt febres. ⁊ cū exercitant cito aduenit lassitudo. In siccis vero exiccant complexiones et corpora obfuscantur. In locis habitabilibꝰ altis morantes sunt sani ⁊ fortes laboris multū patientes ⁊ viuunt diu. ꝓfunda vero loca cōtrarium operātur. Habitantes in locis petrosis habent aerē in hyeme valde frigidū ⁊ calidum in estate. corpora eorū dura fortia ⁊ multoꝝ capillorum existunt. multuꝫ vigilantes. inobedientes et malorum sunt morum. Et est eis belloꝝ fortitudo et ī actibus solertia et acuitas. Ciuitas ab oriente aperta et ex opposita ꝑte cooperta est sana et boni aeris. Ea vero est infirma que situ contrarium habet Incolarū habitudo ꝑm sanitatū vel egritudinū genera sitꝰ indicat qualitatem

De tumbis et domibus

Domus et tumbe seu aree et curie magnitudo ꝑm domini facultatē et quantitatem animaliū nutriendorū et fructuū portandorum ad eas fieri debent in rure Tute autem sint et fortes. foueis et muro vel spinis ꝑm potentiam in locis illis furū ⁊ latronū In tumbarū munitionibus fructifere arbores non plantentur ne fructuū auiditate desiderata munitio dissipetur. In eis etiam arborū aliquarū non procuretur augmentum. sed omnes ad munitionis fortitudinem cōuertantur. Securitas ⁊ delectatio dominoꝝ requirit in villis fortitudinem ⁊ decorem. Domorū fundamēta latiora q̄ꝫ partes esse debent. et vsqꝫ ad terram profundentur solidā. que si desit quartam fabrice mersisse sufficiat Arena que manu comprehensa edit stridores vel que respersa nihil sordis reliquit in panno lineo candido egregia est et vtilis fabricanti. In duabus arene partibus calcis vna miscēda est q̄ si equali mensura misceātur erit fortissimum cementū inde cōmixtum. In fluuiali quoqꝫ arena si tertiaꝫ partem teste crete addideris operū soliditas mira prestabit. Ligna pro edificijs optima sunt que mēse nouembris vel decembris cedūtur ⁊ maxime si vltra medullā incisa sup radice q̄busdam relinquātur diebus. et ea sunt precipue durabilia q̄ a parte meridionali montium sunt incisa

De puteis et cisternis

Puteus si fons desit mense augusti vel septembris. et loco idoneo fiat. ab omni letaminis seu putredinis palude remotus. Cū aqua ducitur aliunde. diligentis erit aquarum receptacula fabricari. vt sufficientē copiam inops vena procuret. Ubi cisternis vtimur anguillas piscesqꝫ fluuiales ponamus in eis qui suo natatu aquā continue moueant et a corruptione reseruent. Ubi aquis fluminū vtimur tutū ē cisternulas habere cū sabulo que eas a terrestritate liberent ac claritate decorēt

De presentia dominorum

Presentia domini profectus est agri et qui deserit vineam deseretur ab ea. Rusticorum importuna voracitas nihil timet nisi dominoꝝ p̄sentiam ⁊ cautelam

Incipiunt regule libri secundi. et primo de qualitate terraꝝ et diuersitate agrorum

Terra naturaliter frigida est ⁊ sicca. sꝫ accidētaliter sepe rebꝰ extrinsecis īmutat In terris fecūditas ē q̄rēda ne alba ⁊ nuda gleba sit. ne macer sabulo sine āmixtōe t̄reni ne creta sola ne arenosi pulueris lapidosa macies ne salsa l'amara l'vligiosa ne vall' nimis opaca

Sed sit gleba putris ⁊ fere nigra ⁊ ad tegē dum se graminis sui crate sufficiens Que protulerit neq; scabra sint nec retorta nec succi naturalis egentia. Frumentis dādis vtilis terra est que naturaliter profert ebulum. iuncū. gramen. trifolium. calamū. rubos pingues. pruna siluestria. lappas. farfana. cicutam. maluā. vrticaz. et ceteras similes herbas que latitudine ⁊ pinguedine foliorum letū solum ⁊ fecundū demonstrāt. Vineis vtilis terra est que corporis aliq̄tenus rari atq; resoluti est. Virgulta que pfert nitida procera fecunda sunt neq; intorta neq; dbilia neq; macra exilitate languētia. Situs terrarū non sit adeo planus vt stagnet neq; ruptus vt defluat neq; arduus vt tempestates nimiū sentiat ⁊ calores. Sed in his omnibus vtilis semp et equata mediocritas requirat̄ In frigidis puintijs orienti vel meridionali lateri. in calidis vero septentrioni ager esse debet oppositus Inferior pars terraꝝ pinguis grossa ⁊ frigida est. superficies vero macra subtilis et calida. Quattuor sunt agroꝝ genera videlicet satiuum. consitū. compascuū et nouale. Satiuus ager est qui pinguissimus est et seritur omni anno. Omnis ager qui calidus est ⁊ humidus mollē habens supficiem ⁊ porosam cultui facilis est et ferax. Eligendus est ager pinguis ⁊ rarus quia minimuz laborē appetit ⁊ fructū maximū reddit. Secundi meriti est pinguis densus. Heni ⁊ si multo labore colatur tamē ad vota respondet. Illud autē genus terraꝝ est pessimum qd̄ siccū ⁊ spissum macrū ⁊ frigidū est terra sicca ⁊ adustione sterilis effecta. et salsa vel amara nunq̄m recipit medicinaz. que vero humore superfluo infecunda est fossatis conuenientib⁹ emendatur. Colles montium siccitatē et macredinē patiūtur. Valles autē eorum pingues existunt ⁊ humide propter pinguedinē que ad ima decurrit. Ideoq; tales agri per latera sulcandi sunt vt in sulcis stet retenta pinguedo. nec oportet cōminui glebas ne pluuijs impetuose superueniētib⁹ mota terra cū omni semine feratur ad vallem. Nouali ager est qui primo ad cultū reducitur. vel q̄ ad virtutem pristinā redit. per quietez vnius anni vel plurium innouatus Non cōuenit plantis ager puluerulentus et siccus. quia planta querit locum solide continuitatis in quo radicetur ⁊ floreat et fructum ferat.

¶ De aratione. fossione. et cultu

Arationis et fossionis quattuor sunt vtilitates in genere. videlicet terre apertio. eiusdem adequatio. agri cōmixtio et eiusdem cōminutio. Obseruandum est ne lutosus ager aretur. ne si fuerit nimis siccus. Nam terra que lutosa tractatur toto fertur āno tractari non posse. Nimis vero sicca plurimum laboriosa est et non potest cōminui vt oportet Si ager qui post longas siccitates fuerit imbre leui perfusus aretur. per triennium fieri quasi sterilis affirmat̄. Ager fortis glutinosus ⁊ adulterinis herbis repletus quattuor arationes requirit. Poroso autē et mundā et subtilē terrā habenti. sufficit forte vna vel duabus aut tribus ad plus arationib⁹ est contētus. Quelibet trium vel quattuor arationū fructibus addit proportionabiliter sui numeri quātitatem Quotiens fructus laboris excedit meritum insistendū est cultui. Si vero labor vtilitatē fructus excellit relinquendus est locus talis. In locis siccis agri maturius. in humidis vero serius proscindunt̄. Qui arando crudū soluz inter sulcos relinquit suis fructib⁹ derogat. terre vbertatem infamat. Fecūdior eī est culta exiguitas q̄z magnitudo neglecta. Seruandū est autez ne inter sulcos terra nō mota relinquat̄ ⁊ glebe sunt malleis dissipande. In agro piclitantur interiora nisi colant̄ extrema. Si lapidosus est ager p multas ptes saxorū turba collecta purgari poterit ⁊ arari. Iūcus gramen ⁊ filices et cetere herbe nocue frequenti aratiōe de mēse iulij vel lupinoꝝ seminatione vincunt̄

De seminatione

In terris frigidis autumnalē tempestiue oporꝫ fieri sationē vt segetes aliq̄d roboris ante hyemis aduentū accipiant. In calido vero ⁊ pingui agro differat̄ satio q̄ntum potest ne ipsius tempestiua satio herbarum inutiliū luxuria suffocet̄. Sꝫ humidus nimis ager nō autumno sed vere seratur. Cui p̄cipue cōpetit faba vel linum. que radicib⁹ euulsis superfluā ꝯsumūt humiditatem. Quecūq̄ serunt̄ in vere locis calidis maturius. frigidis vero seri⁹ serant̄. Autumnalis autē satio contrariū actum querit. Exiles campi vel aquosi maturius pingues vero serius seminent̄. Itē aquosi autūnali tp̄e mature serātur. Si ager plurimum pinguis et ferax nō serat̄ semel vel pluries omni anno luxuriabit in spuria diuersarū herbarū. q̄d postea sine magno labore nō poterit emendari. Omne triticuꝫ solo vliginoso post tertiā sationē in genus siliginis cōmutat̄ In quolibet semine duo sunt. virtus videlicꝫ seminatiua quā habꝫ e celo. et substātia formalis que figuratiōꝫ recipit in plantā ⁊ plante organa. Omnis seminatio fieri debet cū semen auxiliū maius habet e celo. Hoc est in prima etate lune quia iuuat̄ tunc calido humido et viuifico lumine solis ⁊ lune simul. Omnis satio que fit cū sol in cancrū ꝓgreditur est ꝑfecta. Et autumnales tunc radicate mouebunt̄ in debitā sue substātie quantitatem. Vernales etiā in matrice terre iacētes tūc pullulabunt. et sole tempato coadiute germinabūt ⁊ florebūt ante tp̄s siccitatis estiue. Cauendū est ne vltra mensuraꝫ semina iaciant̄ in agro. q̄d si fiat macilēta ⁊ nō ꝓficientia erunt. Attendendū est ne q̄ iactant̄ semina sint corrupta sed ea optima sunt q̄ anni nō excesserūt etatē. Omniū surculoꝝ vel frugū genera p̄clara sed terris tuis exp̄ta cōmitte. In nouo enī genere seminuꝫ ante experimentū non est spes tota ponēda. Semina locis humidis citius q̄ꝫ siccis degenerant. Omnia legumina seri iubentur i terris siccis. faba tantūmodo in humida terra iubetur spargi. licet tempatis agris serendū sit tamē si siccitas longa fuerit semīa iacta non minus in agris q̄ꝫ in horreis seruabuntur

De aqua plantarum

Aqua melior omnibus ad irrigandos agros ⁊ maturandum letamen est paludalis seu fouearuꝫ ex pluuijs et roribus congregata. Confert etiā plantis aqua puteoruꝫ ⁊ fontium postq̄m eam calefecerit splēdor solis.

De letamine et stercoratione et immutatione plantaꝝ

Nimis humido et pingui letamine plāte substantia nascētijs ⁊ putredīe inficit̄. Sapor fructuū immutat̄ in peius. ⁊ replet̄ tal̄ plāta supfluis folijs ⁊ mollib⁹ ramusculis infecundis. Optimū letamē est fere omniuꝫ auiū ⁊ quadrupediū q̄d in via corruptōis est ⁊ nondū calore naturali destitutū ⁊ incineratū existit. Letamen plāte naturā immutat magis q̄ꝫ cibus animal q̄d nutritur Natura plantaꝝ melius ꝑ letamen q̄ꝫ per modū aliquē immutat̄ Frigida ⁊ humida terra optime ꝑ incensionē cespitū ⁊ cineris aspersionē emendat̄. Stercoruꝫ congestio suū locū tenere debebit q̄ abūdet humore ⁊ ꝓpter oloris horrēda a p̄torij ꝯuertatur aspectu. Cineres optime loco letamīs spargunt̄ in agris. Sterc⁹ q̄d anno req̄euit satis ē vtile. nec herbas creat. Si vero vetusti⁹ est min⁹ ꝓderit. Recētia stercora ꝓsūt p̄tis ad vbertatē herbaꝝ Maris purgamēta si aq̄s dulcib⁹ eluant̄ reliq̄s mixta vicez stercoris obtinebūt. Stercorādi sunt agri spissius in colle. in campo rari⁹ cū luna minuitur. Hoc enī herbis si seruet̄ officiet. Non debēt estiuo tp̄e ples cumuli letamīs spargi q̄ꝫ ea die poterunt exarari. Non ꝓdest vno tēpore nimiū stercorare sed frequēter

et modice. Ager aquosus pl⁹ stercoris q̄rit. siccus v̄o minus. Si letaminis copia desit optime ꝑ stercore cedit vt sabulosis locis cretam. frigidis v̄o argillā. cretosis ⁊ nimium spissis sabulū spargas. hoc enī segetibus ꝓficit ⁊ vineas pulcerrimas reddit. Vel seminent̄ lupini q̄ cum ad debitū q̄si augmentū ꝑuenerint euertant̄. Lutum de fundo lacuū ⁊ paludū acceptū pinguem ⁊ fertilē facit agrū. Omnino aūt cōueniētissimū plantaꝝ nutrimentū est letamen ī palude tempata ⁊ humiditate putrefacta nutritū ⁊ conuenienti stercore cōmixtū. Agricolliū in ꝑtibus supiorib⁹ plurimū ⁊ sepe. in medijs parū ⁊ caro fimandi sunt. In infimis v̄o fimatione nō egent

¶ De quibusdā principijs plātarū et operationib⁹ eaꝝ

Septem sūt sine q̄bus nulla oīno nascit̄ plāta. videlicet triplex calor circuli celestis loci ⁊ seminis. Et triplex humor. scz materie seminalis. terre. ⁊ pluuiaꝝ desup̄ venientium. ⁊ aer cōtinens. Plāte opa sunt vti alimento augeri ⁊ generare. Venter arboruz est terra in qua omnem impuritatē relinquunt. Arbores infigunt radices deorsuz in terrā vt ex ea sicut ex stomacho nutrimētum sugāt. ꝙ si eas in sup̄ficie tantum spargant cito arescūt. Certū est arbores nō semper augeri q̄z diu terre radicitus adherent sed omnium natura constantium esse q̄ntitatem determinatam inter duos terminos maximi ⁊ minimi in suo genere. Plāte sugendo ꝑ poros habent nutrimentū. et de eo qd̄ extrinsec⁹ a spiritu eleuat̄ in gemmas formāt omne qd̄ gignunt. Plāte raras porosas ⁊ calidas habētes radices nutrimentū attrahūt plusq̄z digerere possint ⁊ ideo fruct⁹ generāt putrescētes nisi superfluū humidū educat̄. Oēs plāte magnam habētes medullā ꝑ poros trāsuersales nutriunt̄ ex ea. sz ꝑuas habētes medullas nutriunt̄ ꝑ poros directe superi⁹ ascēdentes. Multitudo ramoꝝ ex abundantia nutrimenti ⁊ calore solis arborē vndiqz tāgente qui succū euocat ad exteriora ꝓcedit. Caro seu pulpa in fructib⁹ a natura creat̄ vt semen in terrā decidens ab ea fimet̄ ⁊ facili⁹ cōualescat. Arbores quādoqz fructū alternis proferunt annis propter nutrimēti defectum et virtutē exhaustam. que sufficienter nutrire non possunt ramos et fructum nisi per cōuenientē requiē fuerint renouate. Omnis plāta que ex semine oritur est siluestris. quia semen a siluestri radice procedit et per stipitē ⁊ ramos transit vt totius arboris virtutē acquirat vt possit sibi simile generare Cū aliqua radix inciditur ex ea plerumqz nascunt̄ alie que plantam nutriunt loco eius. Si arbor vetusta vel nimium cōsumpta inciditur. debiliter pullulabit. aut sola gramina vel fungos producet Siluestriū arborum fructus sunt plures sed minores ⁊ acriores propter nutrimenti siccitatē. Domesticaruz vero sunt pauciores sed maiores ⁊ magis dulces propter oppositā rationem. Omnis planta mascula priusq̄z femina pullulat propter calidū fortius mouens ⁊ eius folia strictiora sūt propter masculi siccitatē. Quedā plāte alias impediunt in generatione et fructu sic̄ corilus et caulis vitem et loliuz segetem. et nux fere omnes alias propter pernecabilē amaritudinem eius. ideoqz diuersoꝝ plātationem seu sationē simul plerumqz caueri oportet. Omnis planta quattuor indiget. videlicet seminali humido terminato. loco conuenienti aqua siue humore tēperato nutriente et aere sibi consimili et ꝓporcionali. vt optime nascatur et crescat. Plante calido tempore vegetantur ī vmbra noctis. et in solis feruore liquescunt. Plante hyemali tempore humorez in radicibus congregant quem in estate dispergunt in ramos et augent illos. Omīa que in superficie terre nascuntur ex vaporibus de subtus ad superficiem pertingentibus oriuntur Fructus montiū saporosiores existunt q̄z vallium. quia digestio melius cōpletur in eis

De partibus plantarum

Vcus est humor

i ꝑ poros radicis attract⁹ ad simi
litudinē plante. ⁊ digestiuo calore
terminat⁹ ad eā nutriendā. Radices quā
tum ad nutrimēti tractū sunt ori similes. sz
quia infundunt calorē viuificū toti plāte
similitudinē cordis habēt. Medulle ī plā
tis sunt sicut nucha in animalibus. Nodi
creati sunt in omnib⁹ plantis multum me
dullosis ⁊ cōcauis vt retineāt nutrimentū
et spūm ex q̄bus eas augeri ⁊ viuere opor
tet donec fuerit digestū ꝯuenienter. Corti
ces in plātis sunt sicut coriū in animalib⁹.
nō ex cōtextione venaꝝ sed ex humore ter
restri expulso ad superficiē generati. Folio
rum materia est humor aquosus nō bene
digestus aliquantulū tamē fece terreitatis
cōmixtus q̄bus sagax natura fruct⁹ super
fluo solis feruore defensat. Fructus mate
ria est vapor sicc⁹. vētosus. ad ꝑpetuādas
plantaꝝ species ab aīa vegetabili generat⁹
Floꝝ substātia ex subtiliori generat̄ hūido
ꝑfecte digesto q̄ primo ebulliens calore or
tum fructuū antecedit

De plantatione et generatione plantarum

Arborū et cetera

a rum plantaꝝ quedā generāt̄ plā
tate quedā ex semine quedā per se
cōmixtōne elemētoꝝ ⁊ v̄tute celesti. Rami
qui sine radicib⁹ plantant̄ si solide sint sub
stantie scindant̄ inferius cū pangunt̄ vt fa
cilius attrahāt nutrimentū. Arbor cuius
semen debile fuerit meli⁹ ex ramis seu radi
cibus q̄z ex semine cōualescit. Plante hu
mide. aquatice. molles. quocūqz modo ter
re infigant̄ de facili radices emittūt ⁊ cōua
lescunt. Quecūqz plāte calide sunt licet du
re ramis in terrā infixis cōualescunt. quia
eaꝝ caliditas fortiter attrahit nutrimentū
Rami arboꝝ solide substātie cū plantant̄
lacerati cōualescūt meli⁹ q̄z incisi. quia po
ros apertiores habēt q̄bus attrahit nutri
mentū. Omnes plante q̄ aromaticos cali
dos ⁊ siccos habēt fructus ꝯueniēti⁹ plan
tantur in montibus Eas vera q̄ solidos et
humidos fruct⁹ ferunt magis congruit in
vallib⁹ plātari ꝗ seri. Arbores paruū et de
bile semen ferētes ex semine ⁊ ramis plāta
ri ⁊ ꝯualescere possunt. Ex semine tn̄ plan
tatio ꝑiculosior est ⁊ in longaz nimis spat̄
etatē. ⁊ siluestris ex eo nascitur plāta. Ex ra
mis v̄o citius cōualescunt ⁊ inde domesti
ca nascit̄ nō siluestris. si ex domestica plan
ta fuerit ram⁹ accept⁹. Arbores que semē
magnū ⁊ forte ꝑducunt ex ipso meli⁹ q̄z ex
ramis ꝑueniunt. Arbores nullum ferētes
fructū ex ramis vel radicatis plātulis solū
conualescunt. Si cōserend⁹ loc⁹ ab aīaliū
rodentiū accessibus nō est tutus ī aliquo
loco clauso ꝑ bienniuz ramos vel semina
nutriri oportz in terra soluta dulci ⁊ aliq̄n
tulum stercorata. Deinde ad loca disposi
ta transferant̄. Omnis nouella planta fre
quenti fossione ⁊ tꝑe magni caumatis irri
gatione iuuet̄. Spacia inter arbores vl̄ vi
tes seruāda sunt ꝑm magnitudinē arboꝝ.
loci pinguedinē ⁊ ꝯsuetudinē aꝑprobataz.
Oīs planta in solo arido vel decliui ꝑfun
dius. ⁊ in humido ⁊ depsso min⁹ profunde
plantet̄. Si plātatio fit in terra cretosa sa
bulum misceat̄ ⁊ in sabulo creta In macra
v̄o plus letaminis aꝑponi oportet. Cū plā
ta transfert̄ nisi ꝑua fuerit. eisdē celi quibus
añ steterat cardinib⁹ aꝑponat̄. Cū plātam
in scrobe deponis q̄d de radicib⁹ lesum in
ueneris amputabis. Cū plantat̄ ne terra ni
mis mollis aut sicca sit cauere oportet. po
tius tn̄ sicca q̄z mollis existat In aridis seu
mōtuosis locis añ hyemē. In humidis v̄o
seu valliculosis in vere transplātatiōes fi
ant. sed in tempatis vtroqz tꝑe cōueniēter
plantat̄. Si ponēda sunt arboꝝ semina ꝑ
cipua eligant̄. ⁊ mēse ianuarij nō amplius
quaternis digitis sub terra mergātur. Q
si locus calid⁹ ⁊ sicc⁹ fuerit octobris vl̄ no
uembris mēse ponunt̄. Rami qui sine ra
dicibus plantant̄ meli⁹ conualescunt si po
nantur mēse martij. cū iā cortici se viridis

ſucc⁹ infuderit.aut etiã mẽſe octobris cuz nõdũ viuific⁹ plãte ſpũs fugaz habuit ad radices.Ramul⁹ q̃ plãtaẽ torq̃nd⁹ nõ eſt. nec alio more verãd⁹. vez ſi dure ſolideqz ſubẽ fuerit ꝓderit ſi ꝑs ſcindaẽ inferior ⁊ in ſciſſura mittaẽ lapill⁹.Rami plãtandi ſint leti.ſuccoſi.nitidi.gẽmis ſpiſſis ⁊ plib⁹ oculati ⁊ ad vnã materiã ſint redacti.Ramis plãtãdis q̃ nimis lõgi fuerint cũ ponũtur amputaẽ ꝓgrue ſũmitas ⁊ ĩ cõueniẽti lõgitudine relinquũ vt ĩ ſalice.vite.oliua ⁊ ceteris bis ſilibus

¶De inſitionib⁹.

Oniũ inſitionuz melioꝛ ẽ ſimiliũ in ſilia ꝑm genus vt piri in pirũ.⁊ vitis in vitẽ.In nimis duro ſtipite incõgrua ẽ inſitio q̃ ĩ euz venas radicales imittere neq̃t.Sz in eo in quo pua eſt duricies ⁊ mꝛta ſuccoſitas optima.Surculi inſerẽdi ſint ſteriles.ſuccoſi de nouo nati.gẽmis groſſis ſpiſſis ⁊ plib⁹ oculati ⁊ ab oꝛiẽtali arboꝛis poꝛi⁹ q̃z ab altera ꝑte decliui.Biuerſitas i malis ⁊ piris ⁊ ceteris fructib⁹ ab inſitõe arboꝛ⁹ eiuſdẽ ſpeciei tota ꝓceſſit.Inſitio ĩ magnis arboꝛib⁹ q̃bus coꝛtex groſſus ẽ ⁊ pinguis inter lignũ ⁊ coꝛticẽ fiat.In ſubtilib⁹ vo fit ꝓueniẽtius ſi ſſo ligno Licz inſitio mꝛis tpib⁹ fieri poſſit.ea tñ ꝑcipua eſt q̃ fit in eo tpe quo gẽme incipiũt eẽ ſuſpecte.Vez arboꝛes gũmã ꝑ ducẽtes añq̃z ipſa fluere ĩcipiat ꝓueniẽt⁹ inſeruñt.Inſitio ad buccellũ fieri nõ ꝓt niſi cũ iã coꝛtex ſepaꝛat a ligno. Eſt aũt optimuz ſciſſuz ab vna ꝑte buccellũ apponi. ⁊ vgule ſũmitaẽ relinq̃ donec buccellũ cõꝑbẽdiſſe videaẽ.Inſita plãta nutrimẽtũ a ſtipite trahit intãtũ q̃ poſtq̃z ꝓualuerit raro ꝑmittit truncũ ſub nouo aliq̃d pullulare.Dis inſitio q̃nto inferior tãto melioꝛ.nã fruct⁹ magis domeſticat ⁊ meli⁹ ꝓualeſcit

¶De medicamine arboꝛ et terre

Inetuſtaruz arboꝛ ſcindaẽ radices ⁊ ſciſſuris lapides imittaniẽ meli⁹ attrabũt nutrimentũ.⁊ ſic aliq̃n fiunt fertiles q̃s ſteriles inuadebat.Inueteratis plãtis ꝑ abſciſſionẽ ramoꝛ redit iuuẽ⁹ niſi iã ꝓuenerint ad vltimã ſenectutẽ.Dis plãta domeſtica ſubtracto cultu ſilueſcit.ꝑcipue ſi ad ſabuloſitatẽ ⁊ arenoſitatẽ ꝓuertaẽ.Et dis ſilueſtris domeſticaẽ adhibito cultu.Culti⁹ ĩ domeſticãdis arboꝛib⁹.ĩ ꝓuertẽdo.ſimando vl adeq̃ndo nature arboꝛis terrã ⁊ ĩ abſciſione ſpinoſoꝛ ⁊ ſupfluoꝛ ⁊ inſitõne cõſiſtit Quotiẽs ageꝛ ĩ aliq̃ mala diſpoſitõe ꝓſiſtit ſapiẽs agricola eũ ad laudabilẽ diſpoſitõz imutet.In agro nouali ad cultũ redacto faciẽda ẽ extirpatio ſilueſtriũ ſtirpiũ ⁊ radicum q̃ oẽm ſugũt agri humoꝛẽ.Noualis ager plurib⁹ annis fertil⁹ eſt.deinde oportz adhiberi letamẽ ſi ferax debeat ꝑmanere.ſi niſi ſit pinguiſſim⁹ interponi q̃tẽ.ꝑſertim q̃ cũ ſubſtãtia berbali ⁊ paleari.plãte ĩ eo ſate.aut metunt aut radicit⁹ euellunt.Cuz humoꝛ ⁊ viuific⁹ ſpũs agri ꝑ ſemia ⁊ plantas attrabit.eiſdẽ terra deſtituit ⁊ determinato q̃ſcens tpe.ad agꝛ ueꝛ reuocat. vnde citi⁹ alteri tardi⁹ ꝑm q̃ ageꝛ agro fecũdioꝛ inuenit.Quecũq̃z cũ laboꝛe ⁊ expẽſa vtute ꝓficiũtur niſi q̃ete interpoſita reſtauꝛ acciꝑãt.diſſoluunt ⁊ coꝛrũpunt.Si neceſſitaſ cogit de ſalſa terra ſperari aliq̃d p⁹ autumnũ plãtãda ⁊ ſerẽda ẽ vt malicia ei⁹ hibernis imbꝛib⁹ eluaẽ.Aliq̃d etiã terre dulcis l fimi vl arene ſubijciendũ eſt ſi illi virgulta cõmittimus

¶De munitione locoꝛum

In cretoſis terriſ q̃ facile ruũt ripe foſſaꝛ parũ pẽdentes.In rubꝛica vo vl glareoſa terra ⁊ ſimilib⁹ q̃ nõ facile ruũt pl⁹ fieri poſſunt.Ubi multũ eſt neceſſaria munitio vineaꝛ ⁊ aliꝛ locoꝛ ex ſpinis ſolũ mõ plãtationes fiãt.Ubi aũt nõ eſt tãta neceſſitas ⁊ lignoꝛ habeaẽ penuria ꝓpt ignez ⁊ edificia ex arboꝛib⁹ tantũ fiãt.Cũ fit aliq̃ plantatio ſpinoꝛ vel arboꝛ ꝓpter ſepes iuxta ſtrã p⁹ biẽnũ recidaẽ vt pullulẽt ⁊ ſepes ĩſpiſſent.

¶Incipiũt regule materie tertii libꝛi

Area frigida.

Brea frigida. ventosa. & ficca. & lõge ab bũore fetore & stabulis esse debẽt. eisq; auster debet esse aduersus Nibil vtili⁹ diu custodiẽdis frumẽtis q; si optime exiccata inferant borreis & aliqñ in vicinũ locũ trãsfusa refrigerent. Loc⁹ in q̃ frumẽta ponũt. nõ sit nimiũ excellẽs in frigore vt̃ calore. q; vtrũq; segetes corrũpit. Cũ legumina tarde serunt debẽt in aqua letamis madida seminari vt citi⁹ germinare cogãtur. Omne granũ qđ in pingui solo ort̃ est pinguius nutribili⁹ & in põdere graui⁹. qđ aũt macro nascit̃ est cõtrariuz. Frumentũ & cetera grana patẽti campo letãtur. & eisdẽ vmbre inferũt lesionẽ. Locis humidis & aq̃sis frumenta sepe degenerãt & in loliũ & auenam aliqñ cõuertũtur. Frumentũ collis grano robusti⁹ est. sz mẽsure min⁹ respõdet. Omne granũ pter miliũ in suis stipulis diuti⁹ q; excussum seruat̃ Dia q̃ tpe serunt̃ estiuo solutã terrã req̃runt cretãq; refugiũt. quã sola milica si pinguis fuerit nõ formidat.

Incipiũt regule quarti libri et primo de quibusdã cõmunibus

Cum multe inue

Cniãtur vineaz varietates vnusq̃sq; moz̃ sue terre & patrie obtinet. alioquin laboratorũ eas pcurantiũ patiet defectũ. Celuz mediocris qualitatis vitis desiderat. tepidũ magis q̃ frigidũ. & siccũ potius q̃ vmbrosum. pcellas nimiũ ventosq; formidat. Aquilo vites sibi obiectas fecundat. auster nobilitat. In arbitrio itaq; nostro est de vino pl⁹ habeam⁹ an melius. Campi largi⁹ vinũ ferũt. Colles vero nobili⁹ Locis frigidis a meridie vineta ponant̃. Calidis a septẽtrione. Tpatis ab oriẽte vel occidẽte. Loca naturã sepe vtrũq; mutant. & ideo eaz genera cõueniẽter aptẽtur. Pplano loco vitẽ statuas q̃ nebulaz sustinet & pruinas. Collib⁹ que siccitatẽ & vẽtos Pingui agro graciles & fecũdas. Macro feraces & solidas. Frigido & nebuloso eas que byemẽ celeri maturitate pueniũt. aut que duris acinis inter caligines securius florẽt. Vẽtoso tenaces Calido grani teneriozis & humidi. Sicco eas q̃ pluuias ferre nõ possunt. Eligẽda sunt grana que professione vicioz suoz cõtraria loca diligunt bis in q̃bus durare nõ poterãt. Placida sane regio et serena tute genus omne suscipiet. Industri⁹ vir pbata diligat et in locis talibus mãdet q̃ imitari possint illa vñ sumũtur. Solũ ad vineas ponẽdas nec spissum nimis nec resolutũ. nec exile. nec letissimum esse debet nec campestre. nec pceps. nec siccũ. nec vliginosuz. nec salsũ. nec amarum. sed qđ inter omẽs nimietates temperamentũ tenebit & primius raro q̃z dẽso fuerit. Ad vineas rudes agros & maxime siluestres eligam⁹. Deterioz omnib⁹ est in q̃ fuerint vineta vetusta. quo si necessitas coegerit prius multis arationib⁹ radices pozis vinee dissipent̃. Omnis loc⁹ pastinandus prius impedimẽtis omnibus liberet̃. ne fossa terra post calcatu assiduo solidet̃.

De electione plantaz vitis

Plante uitis que

